

B-5235

ἑπιτομή τῶν εἰς τὸν

# ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΗΣΑΙΑΝ

καταβελημένων διαφόρων ἐξηγήσεων,

del Cono. ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ, de Belen de Gra. ἡ  
χριστιανὸς σοφιστὸς.


προετέθησαν καὶ οἱ τῶν προφητῶν βίαι, ἐκ τῶν  
ΕΥΣΕΒΙΟΥ τῆ ΠΑΜΦΙΛΟΥ.

PROCOPII, *Sophista Christiani, variarum in ESAIAM Prophetam commen-*  
*tationum epitome: cum praeposito EUSEBII PAMPHILI*  
*fragmento, de vitis prophetarum:*

IOANNE CVRTERIO interprete.

*Ad illustrissimum virum, D. JOANNEM RVPIVCAL-*  
*DIVM, Maioris Monasterij abbatem.*

Addita sunt ad Graeca Esaiæ verba veterum septem interpretationum differentia,  
cum suis notis ab Origenis hexaplis desumpta: quarum explicatio, totiusq;  
etiam editionis ratio, ponitur in praefatione.



PARISIIS,

APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA,  
SVB SCVTO BASILIENSI.

M. D. LXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



7 400 40  
MADE IN SWITZERLAND



ἐπιτομή τῶν εἰς τὸν

B-5235

# ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΗΣΑΙΑΝ

καταβεβλημένων διαφόρων ἐξηγήσεων,

del Cono.<sup>to</sup> ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ, *de Belen de Gra. Pa.*  
χριστιανὸς σοφιστὸς.


προετέθησαν καὶ οἱ τῶν προφητῶν βίοι, ἐκ τῶν  
ΕΥΣΕΒΙΟΥ τῷ ΠΑΜΦΙΛΟΥ.

PROCOPII, *Sophista Christiani, variarum in ESAIAM Prophetam commen-*  
*tationum epitome: cum praeposito EUSEBII PAMPHILI*  
*fragmento, de vitis prophetarum:*

IOANNE CVRTERIO interprete.

*Ad illustrissimum virum, D. JOANNEM RVPIVCAL-*  
*DIVM, Maioris Monasterij abbatem.*

Addita sunt ad Graeca Esaiæ verba veterum septem interpretationum differentia,  
cum suis notis ab Origenis hexaplis desumptæ: quarum explicatio, totiusq;  
etiam editionis ratio, ponitur in præfatione.



PARISIIS,

APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA,  
SVB SCVTO BASILIENSI.

M. D. LXXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



EXTRACT DV PRIVILEGE DV ROY.

**P**Ar grace, & priuilege general du Roy, donné & octroyé à Michel Sonnius, Libraire luré, en l'Vniuersité de Paris, pour imprimer tous & chacuns les liures & traductiōs qu'il recouuera non encor' publices & imprimees, il est deffendu à tous autres Libraires & Imprimeurs de ce Royaume de n'imprimer vendre ou distribuer en ce dict' Royaume ce present liure intitulé: *Procopij, Sophistæ Christiani, variarum in Esayam Prophetam commentationum Epitome, &c. Ioanne Curterio interprete, &c.* sinon de ceux qu'aura imprimé ou fait' imprimer ledict' Sonnius, ou de son consentement iusques apres le temps & terme de six ans finis & accomplis, apres la premiere impressiō: à peine de confiscation de ce qui s'en trouueroit d'imprimez ou venduz au contraire, & d'amende arbitraire: comme plus amplement est déclaré par les lettres dudiect' Seigneur sur ce donnees à Paris. le 5. Nouëbre, 1570.

*Acheué d'Imprimer la premiere fois, le 5. Ianuier 1580.*



ILLVSTRISSIMO VIRO,  
D. IOANNI RVPIFVCALDIO,  
MAIORIS MONASTERII ABBATI, S.

**A***Nno ab hinc decimo tertio, quo tempore, mei iuris adhuc, tibi nondum notus eram (vir illustrissime) cum in manus meas isthac incidisset in ESAIAM, prophetarum principem, commentatio, quam Latine vertere, & edere, de magnorū virorum consilio, statuissem: eam à me nulli potius, quam termino illi CAROLO LOTHARINGO, Principi & Cardinali amplissimo, quem vnum Ecclesie, Musarūque patronum Gallia tota agnoscebat, consecrari debere credideram. Et fecissem sanè biennio ante illius mortē, si mei mancipij esse, priuatāque studia colere, quemadmodum cœperā, perrexissem. Verum, quod senex inquit Terentianus,*

*Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,  
Quin res, ætas, vsus semper aliquid adportet noui;  
Aliquid moneat.*

*Contigit enim anno vix integro post adeptū PROCOPIVM, vt ad fratris tui filios erudiendos accersitus, tuūque factus, noua mihi de me necessario ineunda esse consilia viderem, qui me totum tibi, tuūque, tradere statuissem. Cœpi igitur ab eo tempore, qui meus esse desissem, conuerso ad te, fratrisque filios animo, ita tibi, & illis, totis viribus inservire, vt, quod ipsi temporis mihi superesse patiebantur, id totum in obsequij, animique mei erga te significationem conferrem. Hinc ille Eusebiana & aliorum, qua ipsi adnectuntur, partus à me apud eos superioribus annis editus, non alium, quam te, dominum agnouit, cum primū in lucē prodijt, tuūque se vernam existere bona fide professus est. Ecce verò Eusebium sequitur & verna alter etiam PROCOPIVS, eodem quidem loco à me*

EPISTOLA.

nuper genitus, sed media ex Italia ad te dimissus, cum me parentem quidem suum, sed dominum minimè agnosceret. Dicam verò, si pateris, ingenue de ipso quiddam etiam aliud, subolfecisse me ( si quid parentes valent ad liberorum suorum animi explorandum ) eò ad te discedere libentius, quòd nullum esse in Gallia superstitem audiuerit, quem ex animo diligeret magis ingens ille CAROLVS, felicissimæ memoriæ Princeps & Cardinalis Lotharingus, & à quo ipse vicissim magis, quàm à te, diligeretur. Quòd si eam mihi pietatem permittis, quæ patriæ suæ Heroas colere unicuique concedit, agnoscis etiam & in parente ipso idem, quòd filij, ingenium: quo nomine utrumque tibi chariorem fore confido, cum eos tanti viri memoriæ tecum venerari animaduertes. Accipe igitur, obsecro, IOANNES illustrissimè, accipe, inquam, & vernam istum alterum PROCOPIVM tuum, longo & difficili itinere ad te anhelantem, ipsumque aduersus eos, quibus est obrectare, quàm meliora præstare procliuus, tandiu saltem tuere, donec, absoluta nostra peregrinatione, non solum eius patrociniū suscipiant isti fratris tui filij omni literarum genere instructissimi, sed multa etiam alia ex præclara illa librorum, præcipuè Græcorum, suppellectile, quam hic undique cumularunt, in Ecclesiâ, & literarum, gentisque vestra, ac nominis ornamentum depromant. Vale. Bononiæ. Id. Octobris. M. D. LXXIX.

IOAN. CVRTERIVS.

AD ILLUSTRIS. ET GENEROSISSIMÆ  
INDOLIS IUVENES FRANCISCVM ET  
Alexandrum RUPIFOCALDINOS RANDA-  
NEOS de in lucem edito, & Latinè expresso  
PROCOPIO in Esaiam à doctiss. co-  
rum præceptore IO. CVRTERIO.

**F**elicem Emathius puerum dixisse Philippus  
Fertur Alexandrum, tali quòd tempore natus  
Ejjet, Aristoteles quo princeps maximus omnis  
Artis & eloquij doctis floreret Athenis,  
Vt tanti posset doctoris & artibus uti.  
Felices quoque vos dicant licet esse parentes,  
Rupifucaldinæ stirpis generosa propago,  
O gemini fratres: quos tum probus atque peritus  
Linguarum à teneris CVRTERIVS erudit annis.  
Sed non fortuna tribuendus iure videtur  
Successus tantus: neque enim casus dedit ullus  
Hunc præceptorem vobis, sed certa parentis  
Consultæ ratio: quæ non contenta sub auras  
Illustri illustres natos de patre dedisse,  
Maius eis aliquid claris natalibus vltro  
Quæsiit, exemploque dedit qui augetet & arte  
Custodem; ne nobilitas sit debita vestra.  
Omnis auis solum, sed virtuti quoque vestra.  
Non minus & fido sua gratia debet haberi  
Tutori patruo, qui vos tanquam pater alter  
Omnibus ornandos curat virtutis & artis  
Luminibus; ne sola domestica præniteat lux  
Postgenitæ sob. li. domui sed reddat & ipsa  
Quod decus accepit, proavis certentque nepotes.  
Inter Aquitanas quorum antiquissima gentes  
Et domus, & virtus, & laus, & denique nomen  
Nescio quo; quod eis, dictu memorabile, fato  
Contigit, inter eos ut natu maximus usque  
FRANCISCVS dicatur: ut hinc & Francia quantū  
Debeat his, pietas & Francisci simul ipsa  
Conijcere haud dubiè vel ab ipso nomine possis.  
Hoc quoque non sine mente Dei factum esse videtur,  
Vt primo Regum FRANCISCO nominis huius  
Francisci proprio dederit de nomine nomen,  
Qui numeratur auus vobis à patre secundus.  
Non minor & generis materni gloria claret,  
Quod vetus à Latia deducitur urbe Miranda,

Mirandæ verè stirpis, dignæque vetusto,  
 Quæ rege à Pico Martis genus esse putetur.  
 Vel si quem offendunt veteres ab origine reges,  
 Quanta recens illa est magni celeberrimæ Pici  
 Fama: parem nullum cui secula prisca tulerunt:  
 Ante nouam barbam barbato qui arte magistros  
 Assyrios, Græcos, Italos superauerat omnes.  
 Unde, nec est mirum nunc tanto ardore nepotes  
 Discendi flagrare, & auo contendere matris,  
 Maternis vel auis potius, nam tempore eodem  
 Bina Mirandæ fulserunt lumina gentis.  
 Nunc quid opus placidas vobis tractantibus artes  
 Martia facta Ducum fortis iactare Mirandæ,  
 In Francosue fidem? Latias nunc inter & vrbes  
 Vnica quam seruat nullis deterrita bellis.  
 Nunc opus est potius maternas inter & artes  
 Versantesque vrbes, vos & laudare magistrum,  
 Quo Duce per Latium, veteres vrbesque libròsque  
 Visere per plures studiosè pergitis annos  
 Sumptu parcentes nulli, nullique labori.  
 Inter & hæc veterum iam nunc monumenta librorum,  
 Erutus è tenebris, Latioque in, ignis amictu  
 Proucopius venit in lucem, renouatus ut anguis  
 Luxurians fœdæ posita modò pelle fenestra.  
 Cui quantus debetur bonos mysteria magni  
 Esaiæ ad Græcos traducere fonte ab Hebræo,  
 Gratia tanta tibi CVRTERI, nunc quoque rursus  
 Ad Latium à Græcis aurata n auertere pellem.

Io. Auratus poëta Regius.

Ad illustrissimum & insigni pietate virum  
 IOHANNEM RVPIFOCAIIVM  
 Maioris Monasterii Præfulem  
 Anagrammatifmus.

IOHANNES RVPIFOCAIIVS.  
 HIC INOPI FORET VNA SALVS.

**H**IC FORET VNA SALVS INOPI certissima plebi,  
 Hic si inopum cunctas vnus haberet opes.  
 Nam quas ipse tenet, sanctos vir diues in vsus,  
 Pauperibus larga porrigit vsque manu.

Nicol. Moreletus.

Ad doctis. virum Io. Curterium de Procopio  
 in Esaiam Latino factò, & vtrâque  
 lingua in lucem editò.

Hendecasyllabi.

**V**id Graia tibi debeant Camæna,  
 Quod postliminio suum elegantem  
 Per te Proucopium vident reuersum,  
 Postquam tot iacuit sepultus annos,  
 Rixans cum tinèisque, cumque blattis,  
 Fædatus carie, sicutque putris  
 Vix possim satis explicare verbo:  
 Id Graia melius canent Camæna.  
 Quid Musæ tibi debeant Latina,  
 O, qui Proucopium pari lepore  
 Quo Græcus fuerat facis Latinum,  
 Summi oracula vatis & canentem  
 Iam nunc ore nouo; stud ausus vnus  
 Post tot secula; sit grauis negoti  
 Paucis versibus eloqui disertè:  
 Id Musæ melius canent Latina.  
 Quid totus tibi Christianus orbis,  
 CVRTERI bone, debeat; labore  
 Qui magno, studioque, sumptibusque  
 Lingua vtrâque facis palam loquentem  
 Nobis Proucopium, prius latentem,  
 Qua parte Esaiam explicat prophetam;  
 Non dicent duo, tresve, quattuorve:  
 Id demum canet vniuersus orbis.

Nicol. Moreletus.

Idem ad eundem

Anagrammatifmus.

IOANNES CVRTIERIVS.  
 COR VATIS INVENERIS.

Esaiæ vatis cum cor inueneris ipsum,  
 V atibus adscribi tu quoque iure potes.

a iiij

Ad do-



Ad nobilissimos & generosissimæ indolis adolescentulos Ioannem,  
 Carolum, & Beniaminum Rupefocaltios, Comitæ Rupefocaltii  
 defuncti filios, de viri illustrissimi, & omni virtutum  
 laude cumulatis. IOANNIS RYPEFOCALTII  
 eorum patruî nomine verso,  
 Anagrammatismus.

IOANNES RYPEFOCALTIUS.  
 CEU FORET INOPINA SALVS.

**R**es Franciscus auus toto clarissimus orbe,  
 Oiuuenes vestri spes rediuiua patris,  
 Natos ediderat, claros virtutibus omnes;  
 Omnes præstanti corpore conspicuos.  
 Ex his Franciscum & Carolum, duo fulmina belli,  
 Extinxit paulò bellicus ante furor.  
 Vnus Ioannes Præsul, virtutis auitæ  
 Custos, vittati gloria prima chori,  
 Numine diuino fratrum post fata remansit,  
 Ceu foret hac vobis sorte inopina salus.  
 Ac si versa suis componas nomina rebus,  
 Sortem ex euentu videris esse ratam.  
 Hic, est namque salus tot fratrum semine natis  
 Vnica, labentis statque columna domus.  
 Nam patruus verum si præstat vbi que parentem,  
 Si vestris rebus posthabet ille suas;  
 Si vos ornandos curat pietatis & artis,  
 Omnis virtutis denique luminibus:  
 Quis neg et hunc demens orbis vtroque parente  
 Et patruum vobis & simul esse patrem?  
 Ista sorte quidem, iuuenum pulcherrimus olim,  
 Fœcundo cœlebs abstinuit thalamo.  
 Hac eadem, iam nunc superest à funere fratrum;  
 Quòd foret hic natis post inopina salus.  
 Cur inopina tamen? quia tantam nemo putasset  
 Tam subito casu posse labare domum.

Nicol. Moreletus.

**P**rocopius quondam Graijs optauit ab oris  
 Ire procul Latiam concelebrare plagam,  
 Cerneret ut quantum sacros colat ipsa prophetas,  
 Et Græco ausonio disceret ore loqui.  
 Sed quia tam longè nemo est comitatus euntem,  
 Vela legit, patria seque reponit humo.  
 Donec qui Latium, & doctas bene nouit Athenas  
 Curterius voluit fidus adesse comes.  
 Quo duce tam rectâ Hesperias penetrauit in vrbes,  
 Ac dubitatum olim tam bene fecit iter,  
 Vt nec eum minimus vadentem offenderit error  
 Præruptæ quamuis per salebrosa viae.  
 Saluus, & incolumis venit, fatûrque Latinam  
 Tam bene Procopius, quam facit Aoniam.  
 Ioan. d'ACIER, Barrhatbularus.

Οὐ μὲντι δυνάμην τὸ γενέθλιον ἡμᾶρ ἰδέσθαι,  
 ἠνίκα τῆλε πατήρ ἦλθε βιαζόμενος.  
 πᾶν ἰκίτευσε φίλον μελέτημα τυπώσιος ἰσχάν,  
 τὴν γε φίλος μελέτην πλάυρος ἔχῃν δύναιται.  
 φ' ἔχετο τοῖς δὲ τυχεῖσι με ἀνδράσι δῶκε τυπέσθαι,  
 Πηλίκος ἦν αὐτῆ μοι τύπος εἰ δεδόθη.

Idem Dacrius.

Proco-

ΦΡΑΓΚΙΣΚΩ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ  
 τοῖν Ρηπιφυκαλδίοιιν εὐγενεστάτοιιν κη  
 εὐφυσεστάτοιιν ἀδελφοῖιν.

Ὡ μὲν βαυκοπανουργικοὶ βάνουσι,  
 Δειλοὶ χρυσομανεῖς, χαμαιρέπνυτες,  
 Πλῆτον, τὸν πατέρ' ἠδονάν ἀπασάν,  
 Τρισλίτων ἀγαθῶν μέγαν δοτήρα,  
 Τιμαλφῶσι θεῶν μόνον μάλισα.  
 Πρὸς χρυσὸν πολύτιμον ἐκπλυγέυτες,  
 Φασὶν πλάσιον, εὐγενῆ, φαινόν,  
 Καλὸν κη σοφίης λαχόντ' ἄωτον,  
 Ἄλλων κρέσσονά τε βροτῶν ἀνακτα.  
 Φημί Πλῆτον ἐγὼ τυφλῶν ὀδηγόν,  
 Δέλων τλήμονα δεσπότην κακέργων,  
 Πάντων δαίμονα δαιμόνων χέρισον.  
 Οἶδ' ἐκ τῶν προγόνων ἔχοντες εὐχος,  
 Μύθοισι σέμμασιν ἐμφανεῖς ἑόντες,  
 Ἄθλον τῆς ἀρετῆς καταπλύσαι  
 Τῆς δ' ἀτασθαλίης, φρενῶντ' ἐρινύς  
 Ὡς πόντον βορέης πνοαῖς τινάσσει  
 Τῆς τε χειροδίκας τε κη βεβήλας,  
 Φαύλων δὲ τιθέναί Καρῶν ἐν αἴσῃ  
 Καὶ μᾶλλον συγέειν κακῶν ἀγεννῶν.  
 Οὐς δὲ νόσφιν ἀτερτε λαμπρότητος  
 Ψυχῆς, ἐκ ρεθέων θαπτόν εἶδος  
 Καυχάσθαι κέλεται, ψέγειν θεμιστόν,  
 Χαύνες, ὀψινόες, φρενοβλαβεῖς τε.  
 Παισὶν δ' ἐκ πατέρων τὸ λῆμα σεμνόν  
 Φυῆ λυμπεταί, ἐκ θεῶν ῥανείση  
 Οἷος Ρηπιφυκαλδίας ὀράμεν,  
 Ἡρώεσσιν εὐκρίτας παλαιαῖς.  
 Φαιδρὸν χάσμα βροτῶν θεῶντ' ἀημα.  
 Σε Φραγκίσκε λέγω, γλυκύντε θυμὸν  
 Ἀλέξανδρον, ὁμογνίῳ ποθεινῶ.  
 Τῶ λαμπρῶν γένος οἴκοθεν, φυήντε  
 Παιδείῃ δεδρυσωμένην λαχόντε,  
 Ὡς δένδρον θαλερὸν, φυτόντ' ἐλαίης  
 Αὐξανέσθον ἐς ἠλίεσσι πρῶτων.  
 Μήτηρ πότνια, κη σέβας γυναικῶν,  
 Θυμῶ νῦν γελασῆ βλέπει τοσαύτην  
 Αὐξήσαν, γλυκερὸν μετ' ἄθος ἠδύ,  
 Καρπὸν δωσομένην νόσφ' ὁμοίως  
 Καὶ πικραῖς φρεσὶ τετραγώνων ἀνήρ.

Εσθλοῖς

Εσθλοῖς τοῖς δ' ἰσομειδιᾷ τοσάτους  
 Γηθήσας πατράδελφος, ἄλλαρ οἴκω.  
 Κασπύνητος ὑμῶν θαπτόσ ἀσῆρ  
 Τῶν νῦν εὐγενέων, μέτεσι χαίρων  
 Πρὸς τὸ τῆς δ' ἀρετῆς καλὸν μέλημα.  
 Ὁ χρυσὸς βασάνω πρέπει, πόνωτε  
 Ἀνθρώπων νόος ὀρθὸς ἐν μεγίστῳ  
 Ἀγλαί' ἔεται· ὡς ὄραν ἔνεσιν,  
 Ὅστος Κερτέριος τόσος δι' ὕμμε  
 Γνώμην ἢ κενεὴν σκότῳ κυλίνδει  
 Βελήν ἔδὲ φέρει χαμαιπετῶσαν  
 Τῆ μὲν μάρτυρες ἐσὲ τῶν ἀέθλων,  
 Καὶ καλῶν καμάτων, φρόνημάτων τε.  
 Τῶν μισθὸς μέγας ὑμέων τὸ φέγγος.  
 Αἰὼν δ' εἴσεται ὑπερον πρῶσέρπων,  
 Ὡμῶν ὑψιφαῖς κλέος, καλήν τε  
 Σοφῶν Κερτερίῳ φρόνιν φιλήσῃ,  
 Ἐως Ἡσαί' εὐ μύθοισι χρυσοῖ  
 Τῆς δ' εἰς Πρεκοπίης παρεκβολαίτε.  
 Ἄλλοι μὲν βαθυληνί' εὐ ἀρέρας,  
 Ὀλβον κη πολὺ χρυσον, ἢ ἐ κάλλος  
 Στέρξωσιν κελαδῶντες. Ἐρνος ἐσθλὸν  
 Εὐκλειῶν πρῶτων ἀγαν μετέρπει.  
 Οἷον Ρηπιφυκαλδίων κλειανῶν.  
 Ὡν τηλαυγὲς αἰέσομαι τὸ κῆδος  
 Μυσῶν νέκταρι μαλθακῶ δροσάσας.  
 Καί σοι Κερτέριε δρέπων κλαδίεσσι  
 Δάφνης εὐ στεφανίσκον ἀμφιπλέξας,  
 Χεύσω τήνδε χάριν, γέρας μεριμῶν.

Ν. Γυλωνίος.

Εἰς Ἰωάννην Κερτέριον τὸν ἄριστον ἄνδρα καὶ τὸν  
εἰς Ἡσαΐον τὸν παρθένον, παρεκβολῶν Προ-  
κοπίου λογιώτατον ἑρμηνευτήν.

**Κ**Λεῖος ὄσιν ἄνθρωπος, ἐρικυδέος δὲ τύχε φήμας  
Τὴν δὲ θεῶν παρὰ τὸν τίς παρέδωκε χάριν.  
Ὁς μὴ ἐποπτεύει Ζαθάλμιος ἄλλοτε γ' ἄλλον  
Οὐδὲ βροτοῖς ἴσον πᾶσιν ἔμειρε κλέος.  
Σύντε θεῶν, καὶ σὺν χαρίτων εὐδαίμονι πόντῳ,  
Κερτέρι' ἀνθρώπων φίλτατε, κῦδος ἔχεις.  
Οὐ μέγας ἄνθρωπον κίνδυνος ἴκαθεν ἀναλκιν'  
Οὐποτε δειλὸς ἄνθρωπος εἴσε τροπαῖα καλά.  
Μόχθος δὲ θεῶν, ἢ τετριμμένος ἀνδρὸς ἀπ' ἄλλης,  
Νεντε, πάλαι καὶ πρὶν δέικνυσθαι οἷος ἔφης.  
Εἰς φάος ἐξ Ἀδᾶ παγχεύσεια θέσφατα πρῶτος  
Ἠγαγες· ἐλλάμπεσθαι διὰ Προκόπιος.  
Ἄλλοι μὲν μεγάλοι μελετήμασιν εἰσὶν ἐπ' ἄλλοις  
Θεωρεσιὸν σε τόδε φθέγγεται ἔργμα μέγαν'  
Τῷ δὲ πόντῳ τί γέρας, πονίη λογιόισιν ὁμαρτέε.  
Οὐποτε μεσοπόλοι χρυσὸν ἔχουσι πολὺν  
Εὐκλεές, εὐρέξαι, καὶ ἀκκέμην εὐ, γέρας, ἐσθλὸν  
Τῷ δὲ τυχῶν, κρεῖττον μηδὲν ἔχειν ἐθέλησ.  
N. Γυλώνιος.

Τῷ Ἰακώβῳ Ἡλίῳ τῶν ἑλληνικῶν λόγων διδά-  
σκαλῶν βασιλικῶν εἰς τὴν μετάφρασιν  
Ἰωάννης Κουρτηρίης.

**Ἰ**σοφίαν μὲν ἀπειρεσίην μέγα πάντα τέθηπε  
Ἐθνεα Ἡσαί' εἰς θεῶν λακόντος ἔπη.  
Δεῖ δ' ἄρα Προκόπιον κείνῳ ἑρμηνέει κλεῖον  
Θεωρεσίην χριστοῦ μῆτιν ἐπιστάμνον.  
Προκόπιον δ' ἐκδέξαι, διςσὸν Κερτήριος αἶνον  
Ἡρατο, καὶ λόγιος καὶ πολυὶ δρις ἑών,  
Χρᾶ ἀνελὼν ψευδῆ, ἀναθείς τετὰ γνήσια βιβλία.  
Χ' ὅ δὲ μεταφράζει, ὡς λόγος ἰρὸς ἐσ.

PRÆFA-



PRÆFATIO,

AD CLARISSIMUM IUVENEM  
FRANCISCUM RUPIFVCALDIUM,  
RANDANVM, *Trenorchij Abbatem.*

**M**ONET Græcus antiquitatum Romanarum scri-  
ptor egregius, FRANCISCUS Clarissime, eos, qui  
ingenii sui monimenta, quæ cum corporibus inter-  
itura non sint, posteris velint relinquere; primum  
id curare debere, ut honestum & magnificum scri-  
bendi argumentum deligant, quodque lectoribus  
utilitatem conferat: Deinde ut nullam non diligen-  
tiam & curam in comparandis rebus adhibeant, quæ ad suscepti operis  
confectionem adferant. Non enim sibi cæterisque bene consulere, qui in tur-  
pi aut humili versantur argumento; & qui magna scribere aggressi, non  
satis ad ea instructi accedunt: cum illi quidem perpetuam famæ, no-  
minisque iacturam faciant: isti autem laborum gloriam nullam con-  
sequantur. Quamvis autem diuinarum rerum præstantia, & digni-  
tas, cum in argumenti delectu de priorum iactura securum esse iu-  
beat, qui illis operam nauare studeat; nec quenquam deceat, qui scribendo  
Christianus esse velit, eam, quam ille intelligit gloriam venari: non pos-  
sum tamen non ingenuè confiteri, ad eam mihi istam prophani hominis  
placuisse sententiam, ut eam semper, tanquam scribendi principium  
& fontem, in animo voluerem; quantumque Christiani hominis est,  
mihi proponerem; non de laude quidem paranda, sed de culpa solum  
vitanda, fugiendoque otio, in hoc vitæ, professionisque meæ genere,  
solicitus. Cum igitur annis ab hinc ferè tredecim, vno tantum scili-  
cet, antequam ad tua, fratrumque regenda studia accederem, vergen-  
te iam mihi ad Theologiam animo, Commentarios istos nactus essem;  
lectisque pagellis aliquot, non contemnendos esse arbitratus, coepis-  
sem egomet de illis Latinè vertendis cogitare: non prius ea de re quic-  
quam statuendum esse duxi, quam illos, & meipsum ad superiorè Ha-  
licarnassæ normam reuocassem. Et si enim me de illorum bonitate vix  
paterentur ambigere, quæ eiusdem autoris in octo priores Biblio-  
rum libros antea prodierant, ipsaque adeo veneranda scriptorum ve-  
terum, præsertim ecclesiasticorum, antiquitas; quos reuocare potius  
& illustrare, quam noua cudere semper visum est satius; ipsum denique

β



P R Æ F A T I O.

explicati libri argumentum : summorum tamen ætatis nostræ Theologorum, & aliorum etiam, iudicium esse adhibendum putavi. In his primi fuerunt magna illa duo Ecclesiæ gallicæ lumina, Claudius Sanctæus, & foelicissimæ memoriæ Simon Vigor; ambo postea ad episcopatum euecti; quorum ego indicio cum tuis innotuissem, sum & ipse paulò post ad tui fratrumque educationem per virtutum omnium laude sine controuersia cumulatissimam matrem tuam accersitus. Accesserunt & Gilb. Genebrardus idem regius Hebræarum literarum professor, Græcæque linguæ callentissimus; Et Natalis Rondæus, earundè peritissimus, & probissimus, cuius ego præsertim industria familiaris usus sum; Et F. Franciscus Feu-ardentius; nonnullique alij, non illi quidem Theologicæ professionis titulo celebres, sed eius græcarumque, & latinarum literarum cognitione, & professione, sanè illustres: quibus cum non Græcum modò exemplar, sed versionis etiam meæ inchoatam, & adumbratam quandam particulam inspiciendam, examinandamque dedissem: non solum illi Procopium, propter antiquitatem, & eruditionem, maximam esse Ecclesiæ utilitatem allaturum responderunt, sed ad eius maturandam editionem me quoque hortati sunt. Ab eo tempore cœpi egomet omnia meditari, & facere, quæ ad eam videbantur conducere. Et prodiiisset sanè celerius, nisi in iaciendis in te, fratribusque tuis, linguarum fundamentis occupatus, eò vsque ab illo abstinuissem; donec, fratribus duobus in Italiam profectis, tu philosophiam ingressus cœpisses natate (quod aiunt) sine cortice, mihi que ad priuata ista studia aliquid otij maioris relinquere. Huius verò autoris cum vnicum ego exemplar tantum mutilum, & deprauatum, haberem; primus labor in eo restituendo, corrigendoque, ponendus videbatur. Qua in re tamen quamuis plurimum à me, partim literis ad amicos, nonnullisque alios, à quibus iuuari me posse sperabam; partim etiam precibus apud eos, quibuscum versabar, sudatum sit; tantum tamen efficere non potui, vt eius vulneribus aliter, quam de ingenioli mei viribus, & coniecturis, mederer. Commodissimè tamen accidit, vt, posteaquam institutum meum Renato Marchalo, alias Boismoræo, viro vt nobili, ita omni disciplinarum, linguarumque genere instructissimo; tuique, & fratrum amantissimo; vestræ præterea in studiis literarum industriæ, & opellæ meæ testi oculatissimo, aperuissem: è bibliotheca sua locupletissima, miræ mihi antiquitatis exemplar prophetarum omnium deprompserit, ex quo non solum Esaiæ verba Græca, quæ in Procopij explanationibus desiderabantur, cum prophetarum omnium vitis, eidem adiungerem: sed nonnulla etiam ex annotationibus, quas ad marginem ab eiusdem fontibus habebat, à quibus noster hauserat Procopius, corrigere. Quibus rebus quoniam effectum est, vt duplex esset quodam pacto huius operis editio: Procopij scilicet, & Esaiæ: est om-

P R Æ F A T I O.

est omnino sanè necessarium de vtroque tecum in primis, (cuius ego utilitate nihil habeo antiquius) postea verò cum cæteris lectoribus mihi nonnulla præfari. Dicam igitur primùm de Procopio; vnde ad me peruenerit eius exemplar: à quibus quæ scripsit, hauserit: quid de eius explicandi scribendique ratione sentiendum: Idémne sit, qui in octo priores bibliorum libros scripserit: quibus deinde temporibus, & quid scripserit: postremò quæ mea sit eius interpretandi, quæ notarum ad eius Græcæ literæ marginem, quæ correctionum ratio. Dicam deinde & de sacrorum bibliorum interpretationibus antiquis omnibus: de Hexaplis Origenis: de notis eiusdem: de illis quæ sunt in nostra Esaiæ Græca editione: deque veteris exemplaris, vnde sumptus est, fide: de vitis denique prophetarum ab Eusebio Pamphili descriptis. Atque vt à primo iam ordiar, fateor ingenuè, & candidè. Procopij exemplar ante annos quatuordecim tantum Venetiis, mandato Ioannis Pici, classium inquisitoriarum in senatu Parisiensi præsidis; opera verò, & impensis Bernardi Turrisiani Veneti, librariam tum Lutetiæ facientis; ab eo, quod in sancti Marci bibliotheca adseruatur, ea spe exscriptum fuisse, vt à pio & docto præfide Latinè redditum, in lucem postea (sicut & Theodoretus quæstiones, multaque alia) ederetur. Sed cum eo morte intercepto, priusquam Lutetiam Procopius appulisset, ad hæredes eius se frustra sæpe, vt factas eo nomine impensas ab illis recuperaret, Turrisianus contulisset: eaque de re me audiente, conquestus esset: mihi statim (qui magnas eorum opes esse non ignorabam) præclara illa Theocriti, tibi non ignota, in mentem redierunt;

Δαμόνιοι. τί δὲ κέρδος ὁ μύριος ἐνδοθι χειρός,  
οὐχ ᾧ δὲ πλεῖστε φρονέουσιν ὄνασις.

& malè me rursus de literis meritum arbitratus sum, si ἐρμαιῶν istud mihi non sine numine oblatum ipse negligere. Sanctas igitur musas istas apertis portis, vt est apud eundem poëtam, domo mea excepi libentissimè; Et comparato Procopio, quantum mihi otij tua, fratrumque studia superesse permittebant; tantum certè in illius editione maturanda contuli. Neque enim dubitabam, cum fontes ipsos, è quibus ista hausisset, agnoscerem; Ecclesiæ ipsum fore utilem. Quis enim vel Origenis Tomos, vel Eusebij Cæsariensis, vel Chrysofomi, vel Basilii etiam integras in principem prophetam lucubrationes, de quibus vel pauca tantum, vel nulla omnino iam super sunt, auidissimè ac utilissimè si haberet, non legeret? At habes istorum omnium (quamuis nullum omnino toto libro nominet) in vno Procopio epitomen ea fide & industria collectam, & elaboratam; vt in quibus omnes conueniant, ea semel tantum dicat: in quibus autem dissentiant, singillatim & breuiter; cupiens nimirum explicationes omnes in perfecti corporis formam contrahere; ex quo, ceu fonte vnico, liceat omni-



P R Æ F A T I O.

bus, quid omnes sentiant, haurire: nonnullis etiam de sūto, perspicuitatis gratia, ( vt præfatione in Genesim declarat ) adhibitis. Habes verò & veterum interpretationum, cum ea, qua vitur, collationes multas nequaquam aspernandas; quæ non solum authoris antiquitatem indicent, cum iamdiu puræ desiderentur, vt postea probabimus; sed vtilitatem etiam & fidem commendent; cum singulas eoisso legisse videatur, quòd ex illis sensus idoneos elicere conetur. Sed venatur etiam, dicet aliquis, allegorias, & sensus eos, qui videntur à Prophetæ verbis vel remoti; vel ita sæpe frigidi; vt cum in aliam linguam transtuleris; nihil certè, vel parum omnino, dixeris. Verum, si est hoc nomine reiiciendus Procopius, ( neque enim id ei aliquando contingere negare possumus ) reiiciendi & ipsi certè sunt Græci patres, non solum à quibus ista deprompsit; sed & reliqui ferè omnes: cum hanc eos explicatio- nis viam, in verus testamentum præcipuè, secutos esse manifestum sit. Nunquid porrò vnus tantum scripturæ sensus est? Nonne potest etiam ad varios, & mysticos intellectus, magno legentium fructu, reuocari? Immo non parum à Iudæis abesse mihi videntur, qui literam mordicè tuentur. Quod si vsquam est ab ea, ad sensus reconditos, diuertendum; neminem tam iniquum fore arbitror, qui id, in prophetis præcipuè, non permittat. Adde etiam, quòd non Græci patris culpa accidit, si quid Græcè dixit eleganter, quod tam commodè verti Latine non possit; sed sermonis nostri penuria. Æquumne præterea fuisset, Græcos patres alienis potiùs, quàm suis inseruire? Nunquid denique iustum cœnam opi- param à paucioribus conuiuis ideo condemnari, quòd inter mul- tas & optimas vndique conquisitas dapes, nonnullas etiam vel mi- nùs bonas habeat; vel à quibus istorum stomachus abhorreat? Itaque vel hoc saltem nomine non culpa tantum vacabit noster Proco- pius; sed laudem etiam merebitur, magnòque in pretio fuerit, quòd priorum patrum scripta ( quæ fortasse fuerant in hoc genere pro- lixiora ) in epitomen contrahens, vt minore cum fastidio legeren- tur, effecerit: non aliter quàm qui monstrato ad urbem aliquam viæ compendio, longioris molestiam nobis abstulerit. Existunt de- inde & alia tam multa aduersus omnium temporum hæreses, hæ- reticorumque mores; de veteris Ecclesiæ ritibus; de magnis, & ab- strusis in Theologia quæstionibus, ita breuiter & acutè dicta: vt parum ille sapiat, qui eum non appetat; vel arrogans sit contem- ptor antiquitatis, qui fastidiat. Est verò stylus ipse, meo qui- dem iudicio, ita purus, vt Sophistam agnoscas; itaque elegans, vt commentatorem decuit: non tamen vbique sui similis; sed eos, si diligenter aduertas, referens, à quibus ea deprompsit, quæ collegit. Nec dubium est præterea, quin attentum lecto- rem

P R Æ F A T I O.

rem desideret; cum argumenti difficultate, & ipso etiam breuitatis studio, multis in locis obscurior euaserit. Accedunt præterea & cre- bræ transitiones; non solum à personis ad personas; sed à numeris etiam ad numeros; ad prophetarum, credo, imitationem, quibus est hoc familiare; de industria factas: quas omnino euitare certè nec potuimus; nec fortasse debuimus. Iam verò, vt quo tempore vixe- rit inueniamus, statuendum primùm est, aliùsne hic ab illo exi- stat, qui ea in octo priores Bibliorum libros, quæ publicè legun- tur, edidit. Hoc enim semel excusso, non difficile fuerit; quo se- culo vixerit, demonstrare. At eundem esse profectò iudicant ipsa partim vtriusque Græci libri ( habes enim & Græcum in Gene- sim exemplar manu scriptum, ex cuius inspectione ita se habere cognoscitur, in præclara illa librorum supellectile, quam hîc com- parasti ) inscriptio; in qua idem reperitur authoris & Sophistæ no- men, eadèmq; Christianæ religionis professio; in Latino autem edito vrbs ipsa, vnde est: Partim ipsa etiam in vtroque eadem pla- nè commentandi ratio; quam cum sibi præfatione in Genesim pro- posuisset; in Esaiam etiam sequendam arbitratus est. Sed omnium maximè fidem facit, & eundem esse proculdubio confirmat; quòd hîc, eorum, quæ in Moysi carmen dixerat; meminit: quæ ibidem etiam reperiuntur. Quòd si eiusdem authoris vtraque constat exi- stere: non est iam difficile de eius sæculo certam & indubitam coniecturam afferre. Nam cum scribat in Genesim suo sæculo vniuersa Idola excisa fuisse; non est dubium, quin, si quo id con- tigit, demonstrarim; quo vixerit etiam docuerim. Quòd, si di- cat aliquis Constantini edicto deiecta fuisse & disturbata non so- lum Idola, sed Idolorum etiam templa: Non tamen efficiet vt ea atate vixerit Procopius; cum ne ipsi quidem ( Chrysostomum di- co, Basilium, & Cyrillum ) vnde multa ille deprompsit, scripsis- sent adhuc. Inuenienda igitur alia etiam eorum deiectio no- bis est. Nec potest sanè alia reperiri, quàm quæ per Theodosium facta est; qui quod opus alicubi à Constantino inceptum magis & inchoatum, quàm perfectum fuerat, per orbem vniuersum ab- solui curauit. Constat enim ex Nicephoro, Gazam ipsam, vnde <sup>Lib. 12.</sup> Gazæus noster Procopius appellatur, vicinarumque regionum ci- <sup>cap. 25.</sup> <sup>26. 27.</sup> uitates ad Theodosij vsque tempora ( cum ad illa vsque loca Con- stantini edictum vires suas nondum exeruisset ) Idolorum cultum pertinaciter retinuisse; qui postea, iubente Theodosio, cum Idolis & templis omnino vbique sublatus est. Cuius ego sententiæ, præter ec- clesiasticas omnes historias, cum autorè Euvapium, Christianorū ho- stem acerrimum, habeam, qui in Ædesio vtriusque Idolorum deie- ctionis meminit; non video iam, cui dubiū esse possit, quin Theodosij primi sæculum attigerit Procopius; immo & prius etiam aliquatò cœ- perit, cum hic se multos alacriter martyria subeuntes vidisse testetur;



quæ in Iuliano cessasse reperiuntur: à cuius imperio, ad Idolorum alteram vsque deiectionem, huius autoris sæculum produci queat. Sed dicet aliquis forsan, Hesichium, quem Procopio iuniorem esse nõ dubito, in Catalogo τῶν ἐν αἰδίᾳ ὀνομασθῶν, illius mentionem nullam fecisse. Quasi verò ab hoste Christiani nominis id esset expectandum. Hoc enim argumento, dicit Suidas, Idolorum superstitionem secutū esse probatur, quod virorum ecclesiasticorum non meminit. Quòd si quibusdam minùs ista mea placet coniectura; dabunt illi forsan eò mihi veniam faciliùs, quòd nihil omnino Procopium de se, suæque ætate, præter ea, quæ dixi, locutum fuisse constet; nec me hic scriptoris vllius, immo nec doctorum huius etiam temporis virorum sententiis potuisse adiuvari: sed mirum me apud omnes silentium reperisse. Præter id autem, quod in octo priores Bibliorum libros latinè dudū editum est; istaque etiam, quæ Græcè & Latinè nunc primùm prodeunt; scripsit & in Prouerbia, & in Cantica canticorum; quæ tibi cum nuper Venetiis ostensa sunt, nudas patrum sententias colligere tantum; vt primùm fecerat in Genesim; non autem in perfecti corporis formam contrahere, vt in eandem postea, ipsūque Esaiam, ex aliquot paginarum lectione deprehendi. Dicam etiam in Gallia, in Reginæ matris bibliotheca, reperiri *ῥητορικὰ* Rhetorices huius nomine inscripta. Testes sunt fidelissimi, doctissimus simul & probissimus Iacobus Billius, & huius ætatis iurisconsultorum iurisconsultissimus Cuiacius, quibuscum, superioribus annis, cum essem in illam admissus, in eaque incidissem; de hoc annotando sum à Cuiacio admonitus. Et sanè huius esse Procopii eò facilius crediderim, quòd quæcunque illius nomine edita sunt, cum sophistam constanter appellent. De mea verò eius interpretatione, atque editione, si quid expectas; dicam primùm ea me ex professo vocabula, quæ essent Ecclesiæ, & patribus, vsitata; ipsamque adeo vulgatam Bibliorum editionem; quantum meus autor ferre potuit, retinuisse: studuisse deinde, (non verba verbis reddendo tamen, nisi cum latini sermonis ratio postulabat) vt Græcæ orationis breuitatem imitarer; ne paraphrasim potius, quàm versionem, dedisse viderer: Deinde etiam, vt, quoniam Græca simul & Latina edere statueram, vtraque inter se, quammaximè possem, similia facerem. Quod ego si non sum assecutus; effeci tamen *ὅσα ἀμοιβῆτι μὲν, καὶ δὴ καὶ ἀδαπανῆτι*, quod pro ingenii, otiique mei ratione potui; & illud etiam, vt hic autor, cum Origenianis veterum interpretationum differentiis, & notis ad Esaiæ literam additis, publicè nunquam antea, nec Græcè, nec Latinè lectus, aut editus, inter tot Græcorum patrum commentationes in vetus testamentum, in lucem prodiret: cuius eò forsan maior vtilitas & delectatio futura est; quòd principatum Esaias, inter prophetas omnes, faciliè obtineat: tamque apertè de Christi regno differat, vt Hieronymo Evangelista magis, quàm propheta videatur. Nec male sanè, meo iudicio, fecerit;

fecerit;

fecerit; qui cum etiam veteris testamenti Paulum alterum nominarit; cum in vtroque eadem fere sit dicendi libertas & facultas. Ego verò dignum credidi, qui Græcæ editionis, Græcum etiam haberet enarratorem; eum precipuè, qui omnium instar, quotquot in eundem ante se scripserunt, de quibus iam vel pauca, vel nulla omnino supersunt, esse posset. Erit igitur noster hic in Esaiam Procopius, quod in Paulum vel Chrysostomus, vel Occumenius; ambo dudum Græcè Veronæ editi. Vfus sum porrò exemplari vnico, eoque multis in locis mutilo, & corrupto; quod quidem non fuit semper deprehendere facile: supplere autem omnino, & restituere impossibile. In breuioribus lacunis, nonnullisque locis aliis implendis, & emendandis, conatus sum ipse aliquid efficere: quod ad marginem tantum sine vllis rationibus (ne libri magnitudinem augerent) annotaui, nihil immutare ausus; vt coniecturas meas doctis & probis examinandas, iudicandasque relinquerem. Immo ne literis quidem *α, η, & ω*, sua puncta subieci: partim quòd nulla haberent in exemplari meo; partim etiam quòd possent faciliè etiam à mediocriter in Græca lingua versatis suppleri. Tantum ipsa Esaiæ verba, quæ explicanda sumpsisset Procopius, Græcè, Latinèque, alio caractere excudenda curauit: vt ita distincta suam non solum maiestatem retinerent; sed oculis etiam vtraque statim subiecta, sensum ipsum faciliùs & promptiùs indicarent. Sed non possum non dolere, meam istius instituti rationem, totamque adeo editionem, tam multis operarum erratis (in versione præsertim) esse labefactatam, vt in repurgando isto Augiæ stabulo nouo Hercule mihi opus sit. Accedit etiam, vt ingenuè fatear, quòd nonnulla relegendi mihi occurrerunt, quæ si typis præesse licuisset, procul dubio immutassem. Vtrique malo, quantum ita longè absens potui, sine autographo meo tamen, maderi studui, notatis grauioribus, & ad libri calcem adiectis: partim quidem, vt legentibus ipse succurrerem; partim etiam, vt culpæ istius veniam deprecarer. Quòd si plura etiam notari debuisse quis existimet, cum locis infinitis perturbata sit distinctionum, punctorum, accentuumque, & literarum ratio: respondeo, id primùm tam leue esse, vt quamuis lectori molestum sit, morari tamen cum non possit. Deinde, quia vix vnquam accidit, vt eodem loco Græca simul & Latina corrupta sint; eorum illa inter se collatione, breui & facili negotio posse deprehendi, & corrigi. Sed iam tempus est, vt ad alteram huiusce præfationis partem accedamus: quam placet à Bibliorum Græcis interpretationibus exordiri, & dicere; tam multa apud veteres Græcos poetas, & philosophos reperiri, quæ proculdubio de Mosaïcis libris, ipsoque adeo Salomone, hausta sunt; vt dubitari omnino non possit, non de illis eos audisse tantum, sed Hebræorum scripta longè ante Ptolomeorum, Alexandriq̄, & Persarum tempora, sua lingua habuisse. Neque certè de hoc ampliùs

β iiij

P R Æ F A T I O.

*Clem. Ale-  
x. Strom. 1.  
Euseb. pre-  
par. 9. ca. 3.* dubitabit; qui Clementem, qui Eusebium, eius assertores nove-  
rit. Quo primùm posito, sequitur, vt de interpretibus lxx. disse-  
ramus: quos etsi lxxij. extitisse certum sit; illo tamen numero fre-  
quentiùs, quàm isto, significatos esse reperimus. Constat igitur in-  
ter omnes, quotquot ea de re scripserunt, Ptolomæum Philadel-  
phum, Ægypti regem, Demetrii Phaleræi hortatu, missa ad Elea-  
zarum Iudæorum pontificem legatione, ab eodem non sacrorum  
tantum librorum exscriptionem, sed eorum Græcam etiam inter-  
pretationem, quæ Alexandriæ per duos & Septuaginta viros He-  
braicè, Græcèque peritissimos, æquo de singulis duodecim tribu-  
bus numero, facta est, impetrasse. Sed quomodo id gestum sit;  
quorùmque librorum facta interpretatio, tantum abest, vt inter  
eos conueniat; vt nonnulli etiam secum de altero si non dissentire,

*Hierony. in  
proamio  
trad. heb.  
in Genes. in  
Ezech. c. 5.  
in Mich. ca.  
2. iust. ora.  
ad Gentes.  
Epiph. de  
pond. &  
mens.* re, ambigua saltem dicere videantur. Neque enim putat verum  
esse Hieronymus quod de cellulis in Pharo Ptolomæi iussu con-  
structis, tradiderunt Iustinus Martyr, & Epiphanius, aliique non-  
nulli. In eo præterea Iustinus & Epiphanius inter se dissentiunt,  
quod ille singulis interpretibus singulas tribuit cellulas; binis au-  
tem iste vnicam tantum. Et sanè in Hieronymi sententiam de-  
scenderim facilè, qui se Aristæ historia, quam de hoc ad Elea-  
zarum pro Philadelpho legatione functus scripsit, (in qua de cel-  
lulis nulla mentio habetur, sicut neque apud Iosephum) ita tue-  
tur; vt fabulam non dubitet appellare. Putant deinde nonnulli  
quòd Iustinus Martyr demonstratis sibi ædicularum reliquiis scri-  
bit, famam quidem eam apud Alexandrinos fuisse; sed à Iudæo-  
rum commentis, in quibus miri sunt, ortum habuisse, eoque tan-  
dem faciliùs nostrorum animis infedisse, quòd ad scripturarum san-  
ctarum auctoritatem commendationemque facere videretur. Qua-  
cunque tamen id factum sit ratione; in hoc omnes conueniunt,  
quòd istorum interpretationem ita probent & admirentur; vt ἐλ-  
ληνικὴν ἀερφήτειαν appellare nostri non dubitent: externi verò,

*Tert. ad-  
uers. Gentes.*

(Tertuliano istud de Menedemo philosopho referente) senes eos,  
à quibus confecta est, de sententiæ communionem suspiciant. Sed  
quòsnam libros interpretati sint, non minùs & illi etiam dissen-  
tiunt. Non enim iam obscure hîc Iosephus, & Aristæas, totaque  
Iudæorum schola, legem tantum (id est, solos Mosis libros) con-  
uertisse affirmant: eamque opinionem quanuis amplecti videatur  
Hieronymus; incertam tamen, & dubiam relinquit. Mihi certe  
magis placet eorum sententia, qui libros omnes Hebræorum trans-  
latos esse existimant: quorum in primis fuerint Irenæus, & Iusti-  
nus qui disputatione cum Tryphone, virorum lxx. interpretatione  
Esaïæ aduersus eum vtitur; quod multos etiam alios, in aliis Bi-  
bliorum libris fecisse manifestum est. Sequetur & Clemens ille

*1. Strom.* *σρωματεὺς, qui cum τὰς τε τοῦ νόμου γραφὰς, καὶ τὰς ἀερφήτι-  
κὰς*

P R Æ F A T I O.

*κὰς esse interpretatos dicit, omnes apertè significat. Accedet & Eu-  
sebius, qui, ex Aristobuli sententia, totam scripturam Philadelphi  
iussu, ante eum autem, immo & ante Alexandrum, Persarumque  
imperium, quinque libros Mosis in Græcâ linguam conuersos fuisse  
scribit. Et ipse denique Epiphanius, qui translationis huius hi-  
storiam perstringens, Hebræorum libros omnes nominatim recen-  
set. Non est præterea credibile legem tantum ab Eleazaro petiuisse  
Ptolomæum, neglectis historicis, propheticisque scriptis, quæ res  
maximè admirabiles complectuntur; de quibus fama tantum rex  
ipse audiuerat, nihil legerat. Neque facilè mihi persuaserim, De-  
metrium, qui omni genere librorum Regis bibliothecam instrue-  
bat, Mosis libris, qui in Græcia iam, & Alexandriæ forsitan habeban-  
tur, contentum fuisse. Præterea fieri omnino non posset, vt in pa-  
trum Græcorum scriptis tam sæpe citarentur de quibus agitur in-  
terpretes, in cæteris præter Pentateuchum libris; nisi & ipsos iidem  
essent interpretati. Adicio denique Renati Marchali venerandæ an-  
tiquitatis, eorum omnium sententia, qui illud viderunt, probatum  
& commendatum exemplar; in quo Prophetæ omnes, cum viris Se-  
ptuaginta, reliquisque interpretibus collati, adiectis ad marginem  
interpretationum differentiis continentur. Quod si quis obiiciat me  
hîc Aristæi, Iosephique sententiam reiicere, quos superiùs in dispu-  
tatione de cellulis amplexus sum: possum fortassis & ipsos etiam modi-  
ca interpretatione ad opinionis meæ confirmationem adducere; si di-  
cam, ita legis nomine, propter Mosis celebritatem, sacros omnes Iu-  
dæorum libros hîc posse intelligi; vt in lege etiam Iudæorum apud  
Ioannem scriptum id esse dicitur, quod in Dauidis versibus reperitur.  
Atque hæc quidem de lxx. interpretibus: quos secutus Aquila qui-  
dam Sinopita Ponticus, Christumque professus, cum postea ad Iu-  
dæos defecisset, ipsaque vix Hebræorum elementa didicisset, in Chri-  
stianorum odium nouam & ipse, Adriano imperante, sacrorum bi-  
bliorum interpretationem molitus est. Cuius etiam studium non ita  
diu post imitatus est & Symmachus, genere quidem Samaritanus, sed  
Hebionitarum sectæ addictus; vt lxx. virorum interpretationi, qua  
tunc vsos fuisse Samaritanos arbitramur, quantum posset, detraheret.  
Idem rursus tentauit & Theodotio Ponticus, prouecta iam ætate,  
postquam Marcionis hæresi diu inquinatus, ab ea se ad Iudaismum  
recepisset. Et si enim parum esset in Hebræorum literis versatus: ta-  
men, vt Marcionitarum libros falsi argueret, ea omnia, quæ pro illis  
facerent, apud interpretes lxx. ita immutauit, vt nouam dedisse inter-  
pretationem videatur. Non ita diu postea, sub Caracalla, inueta sunt  
& tot alia, nō autorum quidem suorum nominibus significata, sed ita  
numero ipso distincta; vt præter eam, quæ in Græcia, ante Alexan-  
dri tempora, fuisse dicitur; septenarium omnes complere numerum*

*13. præp.  
c. 7. & 9.  
cap. 3.*

*lib. de pōd.  
& mens.*

*cap. 10.  
& 15.*



P R Æ F A T I O.

reperiantur. De quibus quia singillatim nonnulla diximus; superest iam, ut pauca de iisdem colligamus, & dicamus vno verbo; ex tam multis interpretationum generibus natam videri sacrorum codicum corruptelam illam, quæ progressu temporis ad Luciani usque martyris, Hefychiique, & Origenis tempora duravit; cum illa ætate, sicut & ista, quiduis sibi Græcæ superstitionis assertores, Iudæique, & hæretici, assidua aliorum in alia commutatione, permisissent: permulta etiam tempus ipsum deprauasset, sicuti apud Suidam legimus. Cui morbo mederi cum eadem ferè ætate, diuersis tamen in locis, stude-  
*In vocab. Alexandr.* rent superius à metris nominati; id eò certè meliùs & faciliùs efficere potuerunt, quod essent omnes Hebræorum literis instructi. Neque tamen idem fuisse videtur illorum institutum; eadèmq; corrigendi ratio. Id enim tantum Lucianus & Hefychius conati videntur, ut collatam cum Hebræo lxx. virorum editionem iis tantum repurgarent, quæ in eam profanorum hominum, hæreticorumque, & aliorum etiam, temeritate; vetustate denique, & librariorum ignauia, irreperant. At Origenes excogitatis tum primùm tetraplis, Hexaplis, Heptaplis, & Octaplis, ita inter se interpretationes omnes composuerat, ut per quatuor, per sex, per septem, perque octo spatia, veluti columnas, distinctè, in vnum ita aspectum caderent, ut Hebræis primas & secundas; (expresserat enim & Hebræa suis, Græcisque characteribus) interpretibus lxx. tertias; reliquis autem eundem, quo eas recensuimus, ordinem concederet. Quod certè non nisi magno labore, magnisque sumptibus effici poterat. Id autem eo sine procurarat; ut Hebræorum fontibus indicatis, quid ab illis differrent interpretes lxx; quid istos rursùm cæteri iuuarent, omnes facilius inuenirent. Sed cum non possent libri isti, partim quidem describendi difficultate; partim mole sua, & magnitudine, partim etiam impensarum grauitate, nisi à paucissimis haberi: Aliam & ipse virorum Septuaginta editionem meditata erat; quæ sola, notis quibusdam adhibitis, quid esset in Hebræo, quid non; quid eidem ex reliquis interpretationibus additum, quid detractum, demonstraret. Neque verò est, quòd tantorum virorum operâ, incorrupta diu mansisse sacra volumina; aut vbiq; etiam receptas illorum fuisse editiones existimes. Nam præterquam quòd (autore Hieronymo) Ægyptus & Alexandria, Hefychij; quæ autem inter vtrâmq; erant Ecclesiæ, Origenis isto codice utebantur; Luciani verò, quæ ab Antiochia fortasse, vbi operam istam nauasse putatur, ad Constantinopolim usque fuerant: ex tribus illis rursùm codicibus tanta mihi postea interpretationis virorum Septuaginta nata videtur corruptio, & diuersitas; cum statim non solum ab ineptis librariis aut non fideliter additæ sunt Origenis notæ; aut etiam neglectæ: sed ab aliis etiam interpretationes ipsæ

P R Æ F A T I O.

ipsæ alia in alias, damnosius quàm antea, ita commutata, & confusa: ut inde mihi scripsisse videatur Hieronymus, sua iam memoria, in omnibus Ecclesiarum bibliothecis vix vnum atque alterum inueniri potuisse exemplar, in quo mera esset septuaginta virorum interpretatio, totque scripturarum fuisse exemplaria, quot essent codices. Quibus rationibus mihi ipse persuadeo,

*ἵνα μὴ τὴν ὀνόματι ἐξέπαυσι θεοί,*  
 ( ut inquit Theognis ) præstantissimam illam lxx. virorum ἑλληνικὴν προφήτεων nusquam iam extare veram & integram: sed omnes Græcas editiones, siue quæ typis iam mandata sunt; siue quæ in bibliothecis adhuc latent, mixtas esse; forsitan alias aliis minùs. Quòd si quæ in Vaticana Romæ est, ut audio, Septuaginta virorum est; quòd non faciliè crediderim: non potuit certè nisi magna sacrorum studiorum iniuria tandiu occultari. Ad singularum verò interpretationum agnitionem, si quando aliqua reperiantur ( quòd non possum sperare tamen ) cum multum conferant Origenis notæ: de illis etiam omnino necesse est me hîc aliquid perstringere; & eò etiam libentiùs, quòd ad illarum explicationem, quibus vtitur vetus Esaiæ Renati Marchali exemplar, quòd hîc expressimus, maximè conferant. Docet igitur Epiphanius, nonnullique alij, Origenianæ editionis notas fuisse quatuor, Obelum, Asteriscum, Limniscum, & Hypolimniscum. Primum quidem veru esse, siue lineam, supra dictionis initium, vel orationis, ab interpretibus Septuaginta, præter Hebræi codicis auctoritatem, adiectæ, quæ iugulanda esset. Alterum autem, id est Asteriscum, radiantis stellæ formam, vbi aliquid ex Hebræis haustum fontibus addidisset, quòd esset à viris septuaginta prætermisum. Limniscum deinde, virgulam obelisco quidem similem; sed quæ inter duo puncta iaceret: quo diuersorum interpretum varietas in verbis, sed sensus idem, significaretur. Hypolimniscum verò, lineam cum subiecto puncto; ut ea, quibus incumbit, diuersis verbis & sententiis à pluribus explicari demonstraret. Quòd si iam quæras quo pacto Origenianæ istæ notæ cum illis conueniant, quibus in nostra Esaiæ editione vsi sumus: possum ego in formis ipsis, & numero; aliquam esse discrepantiam respondere; in re autem, quam significare debent, vel nullam, vel minimam. Primum enim hîc obelum omnino non agnosco: neque etiam, iudicio meo, necessarius fuit; cum proculdubio non sit hæc Septuaginta virorum interpretatio: sed mixta quadam alia, & iis etiam aucta de fontibus Hebraicis, quæ certo consilio fuerant à lxx. viris prætermisæ, & ab Origene obelo notata. Video præterea & alia hîc Limniscum, & Hypolimniscum forma depingi, quàm sint ab Origene ( si Epiphanio credimus ) delineati. Sed id ex professo magis, quàm errore factum esse arbitror; cum sint vbiq; toto isto

*Prefat. in paral.*



PRÆFATIO.

libro sui similes. Cum enim in forma qui descripsit, parum esse videret, aut nihil omnino periculi; elegantior sibi fore visus est, si hinc vtriusque extrema leuiter in vtramque partem flecteret. Sed sanè reprehensione non caret, quod hypolimnisco punctum suum non subiecit, quanquam id forsàn eò fecit, quòd obelum reiceret; qui solus pro hypolimnisco cum errore sumi poterat: cuius hinc iam periculum sublatum erat. In rebus autem, quas significant; si quid ego sum post longam meditationem assecutus, possum & hoc asserere: vbiunque asteriscum reperias; aliquid vel ex Hebræo, vel ex aliorum interpretationibus esse adiectum, significari: vbi autem limniscum; notari varias aliorum interpretationes verbis quidem ipsis discrepantes, sed reipsa similes: vbi denique hypolimniscum; & verbis & sensu inter se differentes: Atque hæc quidem sunt Origenianæ notæ; earumque cum nostris, id est, codicis nostri collatio, & significatio. Sequuntur iam aliæ huiusce nostri exemplaris propriæ. Vbiunque enim ad dextrum marginem OI O' reperies, nihil aliud certè, quàm lxx. interpretes significare velle putandum est: vbi Σ', Symmachum: vbi Θ', Theodotionem: vbi Α', Aquilam: vbi denique OI Γ', tres nomine carentes interpretationes: quarum omnium mira est, cum iis, quæ à Procopio inter explicandum sæpe adferuntur, & cum Hieronymo etiam, consensio. Sunt porrò & aliæ duæ Π' scilicet, & φ; quæ paucis in locis adhibentur, & iis arbitror Pamphilum, Origenemque significari; quorum labore & industria fuit emendatus Codex, à quo ille desumptus est, vnde Græcâ istâ Esaiæ verba, variarumque interpretationum notas hausimus. Cuius rei fides vt penes eos esset etiam, qui venerandum adeo exemplar non sunt intuiti: eius etiam, à quo desumptum esset, testimonium extare volumus, quod in eo ante Esaiam, & Ezechielem legimus. Reperies & hic etiam Origenis tomos, quotquot erant adhuc Eusebij ætate superstites, ad marginem notatos; ne frustra inter varias interpretationum notas adiectos putes. De Π Ι Π Ι autem, quod ad sinistrum marginem toties expressimus, quoties in Esaiâ κύριος nomen occurrit; nihil possum certè dicere aliud, quàm nobis tetragrammaton nomen videri; quod, vt eius à cæteris Dei nominibus aliqua extaret differentia, literis forsàn Hebræis ab Origene, vel alio, expressum cum pingere non valerent Græci sermonis illius rudes; suis illi, quantum possent, imitari conati sunt; ne quid & illi, quod à tantis viris notatum esset, prætermisisset viderentur. Quorum ego religionem imitatus, ex magnorum virorum sententia, & ista etiam nota lectorem carere non volui. Adieci præterea & prophetarum omnium vitas, quas cum nonnullis aliis, Eusebio adscriptas, habebat vetus Marchali codex; partim quidem,

vt ex

Euseb. 6.  
cap. 25.

PRÆFATIO.

vt ex fragmento haberent ecclesiasticorum scriptorum studiosi, vnde opus ipsum, ex quò depromptæ sunt, siquando in eorum manus incidat, tanquam ἀναγνωριστὶ iusta probatum, parenti suo, & posteris, restituerent: partim verò, vt quæ tantus autor de prophetis annotasset, tantisper extarent, dum in lucem melioribus forsàn auspiciis opus ipsum prodiret integrum. In Esaiæ verò versione ita me gessi, vt nouam ipse non adgrederer, sed Hieronymianam de septuaginta viris expressam; quantum meus pateretur codex, qui mixtam certè Græcam aliam, non huius, aut illius certam aliquam complectitur, retinerem. Neque enim tam iniquum in me futurum quenquam arbitror, vt Latinam me alteram; quam idem pater ab Hebræis edidit, & qua etiam nunc Ecclesia vititur, sumere debuisset existimet; cui nec Græca Esaiæ verba essent responsura, nec ipsa etiam Procopii explanatio. Verùm, iuste vnum, fateor, reprehendet; quòd in Esaiæ Græci paginis nonnullis puncta sua non habeant α, η, & ω; quæ in nullis Bibliorum editionibus desiderantur. Sed testem te, FRANCISCÈ, appello, còsque omnes, quibus & vetus ipsum exemplar, & meum cum illo, quo in excudendo vsi sunt, cum veteri collatum, videre contigit, (contigit autem non paucis) à me neglecta non fuisse. Est igitur & hæc illius culpa, quem typis suis præfecit typographus, qui fortè quod Procopio tribui non vidit, Esaiæ adimendum temerè existimauit. At debuit potius scripturæ mecum meminisse; quæ ne apices quidem sibi perire vult; neque quicquam sine sacrilegio sibi vel addi, vel detrahi. Cuius vt me suspicione liberarem, dissimulare hinc certè non potui, nec debui. Quo loco & ista etiam mea claudi posset oratio, quæ susceptis partibus defuncta satis fortasse videatur: nisi etiam aliquid de idonea sacrorum librorum lectione ὡς ἐν ἀποσθήκης μέρει, attingere, non tua tam ratio, quàm huius me moneat operis argumentum. Atque vt breuiter incipiam perstringere: afferam Pithagoreorum non minùs elegantem, quàm veram, & vtilem de philosophia sententiam; qui eam ζωῆς ἐναι ἀνθρωπίνης καθαροῦ καὶ τελειότητα voluerunt; vt huius vitæ sordes iis esse purgandas significarent, qui in eius se disciplinam traderent, qua perfecti, Deoque similes efficerentur. Quod si vna præstare potest ea, quæ verè philosophia est, & Christiana dicitur; non est certè vllis ad eam, nisi summa cautione, benèque purgatis, quod aiunt, manibus, accedendum. Neque enim quicquam proderit externis disciplinis, (quæ tamen & hinc sunt necessariæ; nec in te, quantum ætas tua ferre potest, desiderantur) excultum habere animum, qui ad eam vitiorum sordibus veniat inquinatus: cum peruersæ cogitationes, vt est apud Salomonem, separent à Deo, inque animam maleuolam non intret sapientia: Nec quisquam sciat sensum Do-

P R Æ F A T I O.

mini, nisi ipse dederit sapientiam, & miserit spiritum suum de altissimis. Est igitur & hic opus animi non solum purgatione; sed diuino etiam ad intelligendum auxilio; sicut bonus author indicauit ipse Esaias, cum à Deo purgari sibi labia postulauit, & cum scientem literas ideo librum legere non potuisse, quod esset obli-gnatus, monuit. Quæ duo quoniam nulla re magis, quam votis, & precibus, à Deo, qui dat omnibus affluenter, possunt impetra-ri, perge obsecro, FRANCISCÆ, cum tibi nec ingenium, nec cæ-tera ad istam laudem desint adiumenta; imitare & hic maiores tuos, è quibus Phœnix ille Picus (à quo maternum genus tibi est) plura se precibus, quam studiorum assiduitate (qua maximè tamen vsus esse narratur, eaque hinc etiam opus est) didicisse affirmauit. Re-cordare verò & patrum tui, viri maximi, ad quem educationis tuæ laus præcipue pertinet, præclaræ de re ista sententiæ; qui sæpe no-biscum de te colloquens, cum Theologiæ studia ingredi, atque am-plecti vidisset; te per nos, vt diui Bernardi lectionem, qua ipse de-lectatur, illis sæpe intercalares, ideo moneri voluit; vt, quia vir sanctissimus in suis scriptis θεοδιδαντος, id est diuina potius, quam humana ope eruditus, apparet; neque id vlli sine pura & assidua numinis inuocatione contingat; tam pij & eruditi patris familia-ritas in similibus studiorum admirationem & amorem animum tuum pertraheret. Præclara certè maiorum tuorum, domique na-ta exempla, & monita; quæ ipse sanctissima & verissima existere sæpe alias antè expertus, in hoc opere certè sensu apertissimè. Cum enim Græci huius mei exemplaris multa essent difficillima; mul-tæque lacunæ; multæ etiam deprauatæ lectiones; nec humana ra-tione iis me possem expedire: poetas in tragædiis imitatus, vbi ad numinis auxilium, tanquam re desperata, confugissem, sensi ego ipsum mihi velut è machina, quod illi dicunt, persæpe adfuisse; eaque me postea adferre, quæ essent θεοπεμπία magis, quam ex ingenio meo allata, & à me excogitata. Nec dubito sanè, quin idem sit sensus animi tui, eadèmq; sæpe expertus sis; qui iam diu studiis grauioribus incumbas: in quibus tantum doctrinæ & eru-ditionis specimen præbuiti; vt, quoniam ætatem tuam superaret, ad præclaras ingenij tui dotes, numen etiam accessisse propitium omnes iudicarent. Quò fit, vt non ego ista tibi, tanquam illis in-digeres, addidisse; quibus magis, quam nos, abundas, existimari velim: sed potius, vt hoc loco, quid ipse de sacrarum literarum lectione sentirem, qui te ad obscurissimam illarum partem, prophe-tas scilicet, deducere, minimè prætermitterem: tibi que ad eò & tuis, & mihi etiam, si iustè id possum, tantarum in te surgentium virtutum nomine gratularer; quæ te maiorum tuorum laudes vel æquaturum, vel etiam superaturum, si pergis, polliceantur. Maçte  
igitur

P R Æ F A T I O.

igitur virtute FRANCISCÆ, perge, perge, inquam; & caue dili-genter ne in hac mundi senecta, æuòque labascente, quo iam vulgò extincta virtus, in præclaris aliquibus ingeniis relucet ad-huc, in te autem splendescit maximè, ætatis huius illecebris, quæ bonis omnibus insidiantur, vinci te, palmaque ista spoliari patiaris.

Bononia, Id. Octob. M. D. LXXIX.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ  
ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΩΝ ΠΡΟΦΗΤΩΝ ΟΝΟΜΑΣΙΑΣ,  
καὶ ἀπὸ μέρους τῆς περιέχει ἕκαστος.

Ω Σ Η Ε α.



Εγὼ νῆσσι μὲν καὶ πρὸς τέσσαρα προφήται· Ἰππὶ μὲν τῷ  
Δαβὶδ, Σαμὴλ καὶ Νάθαν, καὶ Γαδ· Ἰππὶ δὲ τοῦ  
Ροβοάμ, καὶ Αβιά, καὶ Ασα, Αχίας ὁ Σηλωνίτης,  
καὶ Σαμαΐας, καὶ Αδδὰ, καὶ Αζαρίας, καὶ Ανα-  
μεί· Ἰππὶ δὲ τῷ Ἰωσαφαθ, καὶ τῷ Αχαάβ, Ηλίας,  
καὶ Ελιζαῖος, καὶ ὁ προφητεύσας τῷ Αχαάβ πρὸς  
τῆς Συρίας, καὶ ὁ πατάξας ἑαυτὸν τραύματι, καὶ ἐλέγξας τὸν Αχα-  
άβ, καὶ Ἰου ὁ τῷ Ἰαμεί, καὶ Οζιήλ, καὶ Ελιαδά· ἀλλ' ἔφερεται  
τέτων ἴδια ὕμνοι· ἢ μὴ μόνον οἱ λόγοι αὐτῶν ἐν ταῖς  
βασιλείαις καὶ ταῖς Παραλειπομένοις. ἐν δὲ τοῖς ὕμνοις, ὧν  
καὶ τὰ ὕμνοι φέρεται, πρῶτοι γεγονόσιν Ἰσοῖ, Ωσηέ, καὶ  
Ἰσοῖ· Ἰππὶ γὰρ τῶν αὐτῶν βασιλείων, τῶν τε Ἰούδα, Οζιῆ, καὶ Ἰωα-  
θαμ, καὶ Αχας, καὶ Εζεκίᾳ βασιλείων Ἰούδα καὶ ἐν ἡμέραις Ἰεροβοάμ,  
ἢ Ἰωῶς βασιλείας Ἰσραὴλ ἐπροφήτευσαν. ἐγένετο δὲ λόγος πρὸς  
αὐτὸν καὶ προφητεύει ἕτος Ἰππὶ τῶν ἱερέων, καὶ Ἰππὶ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ  
Ἰππὶ τὸν οἶκον τῷ βασιλείου, καὶ πρὸς τῆς ἀπωλείας τῆς Σαμαρείας,  
καὶ ἐλέγξας, καὶ συγκλείσας αὐτὰς εἰς ἀπῆθιαν, σημαίνει τὴν ἐξ  
ἐθνῶν ἐκκλησίαν· δι' ἧν ἔλαβεν πόρνην γυναῖκα ἢ καὶ λαβὼν ἐσω-  
φρόνησεν ἀνάγων αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν· προφητεύει δὲ καὶ πρὸς τῆς  
τῷ σωτήρος παρυσίας.

Α Μ Ω Σ γ.

Καὶ ἕτος συνεχρόνισε κατὰ τὴν ἀρχὴν τῷ Ωσηέ, καὶ τῷ Ἰσοῖ,  
Ἰππὶ Οζιῆ βασιλείας Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἰεροβοάμ τῷ Ἰωῶς  
βασιλείας Ἰσραὴλ, γέγονε πρὸ δύο ἐτῶν τῷ σεισμῷ· λόγος δὲ ἴδου,  
καὶ προφητεύει κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ κατὰ τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τῆς  
Σαμαρείας, καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν, Δαμασκῶ, Γαζῆς, Ασκαλωνος,  
Αζώτης, Ακκάρων, Τύρου, Ἰδυμαίας, Θαμαάν, Ἰων Ἀμμων, καὶ  
Μωάβ· καὶ ἕτος ἐλέγξας, καὶ συγκλείσας πάντας εἰς ἀπῆθιαν· ἀλλὰ  
καὶ Ἀμασί τῷ ἱερέως Βαιθήλ διαβαλόντος αὐτὸν τῷ βασιλεῖ Ἰε-  
ροβοάμ, ὡς λέγοντα κατὰ τῆς Σαμαρείας, καὶ κατὰ τῷ λαοῦ, αὐ-  
τὸς ἔδεν ἠτίον ὅτι ἐπαύσατο παρρησιαζόμενος, καὶ λέγων ταὶ λό-  
για, καὶ πρὸς τῆς παρυσίας τῷ σωτήρος.

Μ Ι Χ Α Ι Α Σ δ.

Ἐύτερος μὲν τῶν προφητῶν γέγονεν, ὅτι μετὰ Οζιῆ ἐπρο-  
φήτευσεν· συνεχρόνισεν δὲ αὐτοῖς· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς Ἰππὶ Ἰωαθαμ καὶ  
Αχαάβ, καὶ Εζεκίᾳ ἤρξατο προφητεύειν· ἐγένετο δὲ ὁ λόγος πρὸς  
αὐτὸν τῷ κυρίῳ, καὶ προφητεύει Ἰππὶ Ἱερουσαλήμ, καὶ πρὸς Σαμαρείας,  
καὶ Ἰππὶ

Ε. S. C. R. I. P. T. I. S. E. V. S. E. B. I. I., D. E.  
Propheticorum Librorum appellationibus, & quid sum-  
matim quisque complectatur.

O S E E.



Verunt verò & ante istum prophetæ : Sub Dauide qui-  
dem; Samuel, Nathan, Gad: Sub Roboam verò, &  
Abia, & Asa; Achias Silonites, Samaias, Addo; Aza-  
rias, Anani; Sub Iosaphat autem, & Achab; Elias, Eli-  
sæus; & qui victoriam de Syris Achabo prædixit; quique  
sibi ipsi vulnus inflixit; & qui Achabum reprehendit; & Iehu filius  
Anani, & Oziel, & Eliada: quorum nulla extant propria scripta;  
sed sermones tantum nonnulli, qui in Regum, & Paralipomenon  
historiis leguntur. Inter eos autem, qui literis mandarunt aliquid;  
quorumque scripta extant, primi sunt, Osee & Esaias. Sub iisdem  
enim Iudæ regibus, Ozia, Ioatham, Ahas, & Ezechia; sub Hiero-  
boam etiam Ioas filio, qui regnavit in Israel, prophetarunt. Factus  
est autem sermo Domini ad eum, & vaticinatus est in sacerdotibus;  
in Israel; in domum Regis; deque interitu Samariæ. Postquam  
etiam reprehensione usus, mansuros incredulos esse conclusit; Ec-  
clesiam de gentibus eò coactum iri significavit; quòd scortum sibi  
in uxorem assumpsit, quam ad vitæ sobrietatem castitatemque re-  
uocavit. Vaticinatus verò etiam est de Saluatoris aduentu.

A M O S.

Vixit & hic eodem tempore, sed initio; cum Osee & Esaias, Ozia  
Iudæ, & Hieroboamo Israël imperantibus; ante duos annos ter-  
ræ motus. Vidit autem sermones: & vaticinatur aduersus Hierusa-  
lem; aduersus Israël, & Samariam; aduersus gentes etiam, Dama-  
scum, Gazam, Ascalon, Azotum, Accaron, Tyrum, Idumæam, Thæman,  
filios Ammon, & Moab; quos omnes à se reprehensos infideles ef-  
se concludit. Neque verò, cum esset ab Amazia sacerdote Bethel  
delatus apud Regem Hieroboam, tanquam qui aduersus Sama-  
riam, populumque faceret, ipse quicquam de dicendi libertate re-  
misit; sed vaticinari pergens de Saluatoris aduentu locutus est.

M I C H A E A S.

Secundus hic quidem à superioribus fuit; quoniam post Oziæ tempora  
vaticinatus est; sed eadē cū illis ætate floruit; quia & ipse Ioatham,  
Achazo, & Ezechia Regibus prophetandi munus adgressus est. Factus  
est autē ad eū sermo Domini, & vaticinatus est in Hierusalē, in Sama-

γ iiij

DE PROFETICORVM LIBRORVM

riam; in prophetas eos, qui populum in errorem inducebant; in Achabum denique. Prædixit & Saluatoris aduentum, vbi postremis diebus manifestum Domini montem fore significat.

I O E L.

Sermo Domini factus est ad ipsum; prædixitque senioribus, & omnibus, qui terram incolebant, eius excidium, & alia, quæ ipsi contigerunt seruitutis tempore. Vaticinatur verò etiam de Spiritus sancti gratia in omnes, qui sub Saluatore futuri sunt, effundenda. Concionatur denique de ieiunio; de pœnitentia; de Saluatoris aduentu; de signis, quæ in cruce sunt edita.

A B D I A S.

Visionem denunciatur aduersus Idumæam; & quem finem eadem sit habitura. Vaticinatur etiam in gentes, quæ Israël insultarunt. fore enim prædixit, vt Esau domus, ab ea, quæ Iacobi est, subuertatur.

I O N A S.

Sermo Domini factus est ad ipsum, vt Niniuam profectus in ea doceret, tribus tantum diebus urbem eam ab interitu abesse. Sed cum mandati onus declinaret; contigit, vt naue, in quam conscenderat, tempestatibus agitata, in mare eiectus à pistrice absorberetur, quæ eundem triduo post, viuum euomuit. Iterato deinde ad eum Domini sermone, Niniuam appulsus, ibique concionatus, ciues ad resipiscentiam adduxit, & iram Domini ab ipsis auertit. Fuit quidem certè Saluatoris ipse aduentus imago; quem pistrix illæsum absorpsit, & euomuit.

*sequitur  
interp. 70.  
Hebraei ve-  
rò quadra-  
ginta habet  
Aug. 18. ci  
uit. c. 44.*

N A V M E L C E S A I F.

Assumptionem de interitu Niniuæ visionis huius liber completitur. Vaticinatur, & concionatur etiam de festo. Prædicit autem in ea de Saluatore; de cæteris omnibus, quæ aduersus Niniuem sunt. De eius fine denique, & Israël hostium.

A B B A C V M.

Assumptionem & hic intuitus est. Vaticinatur autem fufis quidem precibus Hierosolymitanæ urbis nomine: sed Saluatoris aduentu prænnunciato. Dicit verò & quæ spernentibus euentura sunt. Postea sequuntur preces cum cantico; in quo tria reperias prophetæ

A P P E L L A T I O N I B V S.

καὶ ἐπὶ τὰς προφήτας τὰς πλανήτας τὸν λαόν, καὶ κατὰ τὸ Ἀχαάβ. προσημαίνει δὲ καὶ τὴν παρεσίαν τῷ Σωτῆρος λέγων, ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς ἔσται τὸ ὄρος τῷ κυρίῳ.

I O H A. 6.

Λόγος κυρίου ἐγένετο πρὸς αὐτὸν, καὶ προφητεύει τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ πᾶσι τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, πρὸς τῆς ἀλώσεως τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ. προφητεύει δὲ καὶ πρὸς τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτος τῆς εἰς πάντας ἡμετέρας ἡμέρας ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος. κηρύττει δὲ καὶ πρὸς νηστείας καὶ μετανοίας, καὶ πρὸς τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας. καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἡμετέρας σημείων.

A B Δ Ι Ο Υ. 8.

Ὁρασιὴν ἀπαγγέλλει κατὰ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ τοῦ τέλους αὐτῆς. καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν τῶν ἐμπαροισάντων τὸ Ἰσραὴλ. ἀναλωθήσονται γὰρ τὸν οἶκον Ἡσαὺ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβ προσημαίνει.

I O N A S. 1.

Λόγος κυρίου ἐγένετο πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Νινευή, καὶ κηρύξαι ἐν αὐτῇ, ὅτι ἔτι τρεῖς ἡμέραι καὶ κατασραφήσεται ἡ Νινευή. ἀλλ' Ἰανᾶς φεύγων τὸ κήρυγμα ἀνέβη εἰς τὸ πλοῖον. κηρύξας τε ἡμετέρας ἡμέρας ἐξέβληθη, καὶ κατεπόθη ὑπὸ κήτους θαλασσίας. εἶτα μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐξέβλεν τὸ κήτος τὸν Ἰωνᾶν ζῶντα. καὶ πάλιν ἐκ δευτέρου λόγος κυρίου ἐγένετο πρὸς αὐτὸν. καὶ ἀπελθὼν ἐκήρυξεν εἰς τὸν Νινευή, ἐκείνοι τε ἀκούσαντες ἐμετανόησαν, καὶ παρήγαγον κύριος τὴν ὀργὴν ἀπ' αὐτῶν. τῆς μύθοι παρουσίας τῷ Σωτῆρος σημεῖον αὐτὸς γέγονε, καὶ καταποθεῖς ὑπὸ τοῦ κήτους, καὶ ἐκλιθεῖς ἀελαβῆς.

N A O Y M O T O Y E Λ C E S A I O Y. 3.

Ἐπισημαίνει τῆς ἀπωλείας Νινευῆ, βιβλίον ὁράσεως. προφητεύει, καὶ κηρύττει μὲν, καὶ πρὸς εὐροπῆς. προσημαίνει δὲ ἐν αὐτῇ πρὸς τὸ Σωτῆρος, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα κατὰ τῆς Νινευῆ, καὶ τῶν ἐθνῶν τῶν Ἰσραὴλ προσημαίνει.

A M B A K O Y M. 1.

Ἐπισημαίνει καὶ αὐτὸς ἰδεῖν. προφητεύει δεόμενος μὲν πρὸς τῆς ἀλώσεως τῆς Ἱερουσαλήμ. προσημαίνων δὲ πρὸς τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος. λέγει δὲ, καὶ προφητεύει κατὰ τῶν καταφρονητῶν. εἶτα μετὰ τὴν προσευχὴν ἔτι τοῦ προφητοῦ μετ' αὐτῆς.



DE PROPHEVICORVM LIBRORVM

καὶ τρία διαψάλματα ἔστιν ἐν τῇ λεγομένῃ ἀδὴ ἄδοντος αὐτῷ πρὸς τῆς παρυσίας τῷ Σωτήρι, καὶ τῆς κατὰ θανάτου νίκης.

ΣΟΦΟΝΙΑΣ Ο ΤΟΥ ΧΟΥΣΗ. θ.

Οὗτος καὶ Ἱερεμίας ἀνεχρόνησαν ἀλλήλοις. ἀμφότεροι γὰρ ἐπὶ τῷ Ἰωσία βασιλέως Ἰούδα ἐπροφήτευσαν. λόγος δὲ κυρίου ἐγγύειο πρὸς αὐτὸν, καὶ προφητεύει ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ, καὶ παντὶ Ἰούδα, καὶ πρὸς ἐλέγξι πρὸς ἡμέρας ἐσομένης μεγάλης, ὥστε ἐξαρθῆναι πάντα τὰ εἰδωλα, καὶ τὰ ἄλση, καὶ πολλὸν θρῆνον, καὶ κοπετὸν γίγνεσθαι. προφητεύει δὲ καὶ πρὸς τῷ Σωτήρι, καὶ τῆς ἀναστάσεως, ἣν δι' ἡμᾶς ποιεῖ. καὶ κατὰ Γάζης, καὶ Ασκαλωνος, καὶ Ἀζώτου, καὶ τῆς Ἀκκαρων, καὶ κατὰ Μωάβ, καὶ Ἀμμων, καὶ κατὰ Δαμασκου, καὶ κατὰ Νινευῆ, καὶ κατὰ τῶν Αἰθιοπῶν.

ΑΓΓΑΙΟΣ. ι.

Οὗτος μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐν τῇ ἐπανόδῳ ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ, ἐπὶ Δαρείου βασιλέως Περσῶν, δευτέρου ἔτους αὐτοῦ, τῷ ἕκτῳ μηνὶ γέγονεν. λόγος κυρίου ἐγγύειο ἐν χειρὶ αὐτοῦ, καὶ προφητεύει τῷ Ζοροβάβελ, καὶ τῷ Ἰησῷ, τῷ τῷ Ἰωσεδέκ, καὶ τῷ λαῷ πρὸς τῆς οἰκοδομῆς τῆς Ἱερουσαλήμ. προφητεύει δὲ καὶ πρὸς τῆς παρελεύσεως τῶν σκιάων, καὶ πρὸς τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν.

ΖΑΧΑΡΙΑΣ ΥΙΟΣ ΣΑΔΔΩ. ια.

Καὶ ἕτος τῷ δευτέρῳ ἔτει Δαρείου προφητεύει. ἀλλὰ τῷ ὄγδῳ μηνὶ λόγος κυρίου ἐγγύειο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἄγγελος κυρίου ἐλάλη ἐν αὐτῷ, καὶ προφητεύει πρὸς τὸς πατέρας, καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. πολλὰς δὲ καὶ ποικίλας ὁράσεις βλέπει, καὶ προφητεύει πρὸς τῷ Σωτήρι διὰ πολλῶν, καὶ σημαίνει αὐτὸν ἔρχεσθαι ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον ἰσοζυγίου.

ΜΑΛΑΧΙΑΣ. ιβ.

Καὶ ἕτος μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν γέγονεν ἐπὶ Δαρείου λήμμα δὲ λόγος κυρίου ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτῷ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ προφητεύει. ὄνειδιζει δὲ τὸν Ἰσραὴλ ἐπὶ ταῖς πρὸς τὸς πατέρας, καὶ μέμφεται ἐπὶ τῇ ἀμελείᾳ τῶν δεκάτων καὶ τῆς πρὸς τὸς πώχους κοινωνίας. προφητεύει δὲ πρὸς τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως, καὶ τῆς τῷ Σωτήρι ἐπιλάμψεως, καὶ πρὸς τῆς παρυσίας τῷ Σωτήρι, ὅπως ἔλθουσι τὸν Ἡλίαν σημαίνει.

ΗΣΑΙΑΣ ΥΙΟΣ ΑΜΩΣ.

Οὗτος καὶ Ωσηῆ, καθὰ προεῖπον, ἀνεχρόνησαν ἀλλήλοις. καὶ γὰρ καὶ ἕτος ἐπὶ Οζίας, καὶ Ἰωθαμ, καὶ Ἀχαζ, καὶ Ἐζεχίας βασιλέων Ἰούδα, γέγονεν. ὄρασι δὲ ἑωρακῶς προφητεύει κατὰ τῆς Ἱε-

APPELLATIONIBVS.

prophetae diapsalmata, Saluatoris aduentum, & quam de morte victoriam adeptus est, decantantis.

SOPHONIAS. CHVSI F.

Isdem iste, & Hieremias vixerunt temporibus. Ambo enim vaticinati sunt, cum Iudæ regnum Iosias teneret. Factus est autem sermo Domini ad ipsum; munusque suum in Hierusalem, totòq; Iuda obiit. Prædixit etiam de venturo die, qui magnus dicitur, quo Idola omnia lucisque tollentur; vnde luctus & clamores multi futuri. Vaticinatur verò etiam de ipso Salvatore, deque eius in vitam reditu, qui ab eo nostri causa factus est. Sunt & eius vaticinia in Gazam; in Ascalonem; in Azotum; in Accaron; in Moab; in Ammon; in Damascum; in Niniuem; in Æthiopas.

AGGÆVS.

Vit iste post captiuitatem, cum populus Hierusalem rediisset, Darij regis anno secundo, mense sexto. Factus est autem sermo Domini in manu ipsius, vaticinatusque est Zorobabeli, & Iesu Iosedeci filio, populòque ipsi, de Hierosolymorum instauratione: De umbrarum item transitu; deque gentium vocatione.

ZACHARIAS SADDO F.

Vaticinatus est & iste anno Darij secundo: menseque octauio factus est sermo Domini ad ipsum, in eòq; Domini locutus est angelus. Dirigit porro ad patres Hierusalem visiones suas, quas multas ac varias videt. Differit item proluxa oratione de Salvatore, & significat eundem asinæ eiusque pullo insidentem venturum esse.

MALACHIAS.

Vit & iste etiam post captiuitatē, Dario regnante. Vaticinatur autem assumptionem sermonis Domini in manu angeli sui in qua arguit Israël transgressionum nomine; & accusat, quod dicitur in manu & pauperum curam non habeat. Differit etiam de die iudicij, de Salvatore splendore, deque Eliæ ante eius aduentum missione.

ESAIAS. F. AMOS.

Iste, & Ofee (sicut à me dictum est supra) isdem floruerunt temporibus. Vixit enim hic Ozia, Ioatham, Achazo, & Ezechia Iudæ regnū tenentibus. Visionem autem intuitus, vaticinatus est aduersus

DE PROPHETICORVM LIBRORVM

Iudæam, & Hierufalem. Factus est verò sermo Domini ad ipsum; bonaque ipsius prophetiæ pars nuntius est quidam de Verbi Dei aduentu, deque iis, quæ nostro nomine passus est. Vaticinatur autem de gentibus, quæ sequuntur; Aduersus Babylonem; in alienigenas; aduersus Damascum; in Ægyptum; in Idumæam; in vallem Sionis; in Tyrum; post quæ sequitur visio quadrupedum, quæ sunt in Eremo. Narrat & Semnacherim expeditionem; & Rasfacæ iactationem; excidiûmque eorum, & interitum. Addit & Ezechiæ morbum, utque morti proximus fufis ad Deum precibus in quindecim annos vitæ sibi prorogationem impetrarit. Vaticinatur porro Eunuchis, & gentibus, addito ad finem dici iudicio.

HIEREMIAS CHELCIÆ F. E SACERDOTIBVS.

Iste, quod prius dixi, & Sophonias, iisdem vixerunt temporibus; sed mansit Hieremias ad Ioacimum vsque, & vndecimum Sedecia regis annum; id est, ad populi vsque captiuitatem. Factum est autem Verbum Domini ad eum, & multis Hierosolymorum iniquitates arguit, deque ipsis, & de siccitate vaticinatus est. Prædixit item de Elamitis gentibus, foreque ut Ægyptus à rege Babylonio excinderetur. Addidit & prophetiam in Babylonem; & sermonem, quem habuit iussu Domini, ad Saraïam Neria filium; ad Idumæam; ad filios Ammon; & ad Cedar reginam aulae, quam percussit Nabugodonosor rex Babylonis. Alloquitur & Damascum; & Moab; & Hierufalem; & Iudam; & Rhocabitarum familiam, & filiorum Ionadab; & Iudæos, qui terram Ægypti, qui Magdalum, qui Taphnas, quique Pathures regionem incolabant. Baruch denique, cum ista ab ore Hieremiæ excerpta, in libro describeret. Narrat porro sub finem quo pacto excerptum per insidias prophetam in cœnosum lacum proiecerint; vnde est per Abdemelech Aethiopem extractus.

CVR BARVCH LIBRVM INSCRIBIT?

Quia quæ Hieremias dictarat, in libro à se descripta captiuis apud Babylonem recitauit, consolans eos, & auxiliij spem à Deo nuncians.

QVARE LAMENTATIONES Librum inscribit?

Quia verbis istis Hierosolymorum, & populi, qui captiuis erat, miseriae lamentatus est.

CVR

APPÉLLATIONIBVS.

τῆς Ἰουδαίας, καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ. καὶ λόγος δὲ κυρίου πρὸς αὐτὸν γέγονε· καὶ τὸ πλεῖστον τῆς προφητείας αὐτῆς ἐστὶν εὐαγγέλιον πρὸς τῆς ἐν σαρκὶ παρρησίας τῆς λόγου τῆς Θεοῦ, καὶ ὧν ἂν ἐδέξατο δι' ἡμᾶς παθῶν. προφητεύει δὲ καὶ ἐπὶ ἔθνη ταῦτα· κατὰ Βαβυλῶνος, ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους, κατὰ Δαμασκῶ, ὄρασιν Αἰγύπτου, ὄραμα τῆς Ἰδουμαίας, ὄραμα τῆς φαραγγὸς Σιών, ὄραμα Τύρου, ὄρασιν τῶν τετραπόδων, τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ· διηγᾶται δὲ καὶ τὴν ἑφοδὸν Σεμναχηρείμ· καὶ Ραφαίας τὴν ἀλαζονίαν, τὴν τε πῆσιν, καὶ ἀπώλειαν αὐτῶν· καὶ ὅτι νοστήσας Ἐζεκίας, καὶ μέλων ἀποθνήσκων, εὐξάμενος πρὸς θεὸν ἔσχευεν ἑτῶν δεκαπέντε. προφητεύει δὲ καὶ εὐνύχοις, καὶ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν τῷ τέλει πρὸς τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως.

ΙΕΡΕΜΙΑΣ Ο ΤΟΥ ΧΕΛΚΙΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΙΕΡΕΩΝ.

Οὗτος, κατὰ προῶπον, καὶ Σοφονίας ἀνεχρόνισαν ἑαυτοῖς· παρέμεινε δὲ ἕτος ἕως Ἰοακείμ, καὶ ἕως ἑνδεκάτου ἔτους Σεδεκίᾳ βασιλέως Ἰούδα, ἕως αἰχμαλωσίας τῆς λαοῦ· ῥῆμα δὲ Θεοῦ ἐλάλητο πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐκλήθη λόγος κυρίου πρὸς αὐτὸν· καὶ ἐλέγχει τὰς ἀδικίας τῆς Ἱερουσαλήμ διὰ πολλῶν· προφητεύει δὲ ἐπὶ Ἱερουσαλήμ, καὶ περὶ τῆς ἀβροχίας· καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη Αἰθιοπίας, καὶ τοῦ ἐλθεῖν βασιλέα Βαβυλῶνος, τοῦ ἐκκόψαι τὴν γῆν Αἰγύπτου· καὶ ἐπὶ Βαβυλῶνα· καὶ λόγος, ὃν ἐνετείλατο κύριος τῷ Ἱερεμίᾳ εἰπεῖν τῷ Σαραία ἡμῶν Νηρίου, καὶ τῇ Ἰδουμαίᾳ, καὶ τοῖς υἱοῖς Ἀμμὼν, καὶ τῇ Κηδάρ βασιλίσση τῆς αὐλῆς, ἣν ἐπάταξεν Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ τῇ Δαμασκῶ, καὶ τῇ Μωαβ, καὶ ἐπὶ Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐπὶ Ἰούδα, καὶ εἰς οἶκον ῤηχαβέμ, καὶ τῶν υἱῶν Ἰωνάδαβ, τοῖς τε Ἰουδαίοις, τοῖς κατοικοῦσιν ἐν γῇ Αἰγύπτου· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν Μαγδάλα, καὶ ἐν Ταφνας, καὶ ἐν γῇ Παθουρης, πρὸς τε τὸν Βαρθύχ, ὅτε ἔγραφε τὰς λόγους τούτους ἐν τῷ βιβλίῳ ἀπὸ στόματος Ἱερεμίου. πρὸς εἰσεῖσαι δὲ τὸ βιβλίον ἐπὶ τέλος, ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι ἐπὶ βουλεύοντες τῷ προφήτῃ, ἔρριψαν αὐτὸν εἰς λάκκον βορβόρου· καὶ Ἀβδεμέλεχ Αἰθίοψ ἀνήγαγεν αὐτόν.

ΔΙΑ ΤΙ ΒΑΡΟΥΧ ΕΠΙΓΡΑΦΕΙ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ;

Ἐπειδὴ οὗτος γράφας ἀπὸ στόματος Ἱερεμίου τὰς ἐν τῷ βιβλίῳ λόγους, ἀνέγνω τοῖς ἐν τῇ Βαβυλῶνι αἰχμαλωτισθείσι, παραμυθόμενος αὐτούς, καὶ ἐπαγγελόμενος αὐτοῖς τὴν ὁδὸν Θεοῦ ἐλπίδα.

ΔΙΑ ΤΙ ΘΡΗΝΟΙ ΕΠΙΓΡΑΦΕΙ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ;

Ἐπειδὴ τὰς λόγους τούτους ἐθρήνησεν Ἱερεμίας περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ, ὅτε ἐάλω, καὶ αἰχμαλωτίσθη ὁ λαός.

δ ij

DE PROPHETICORVM LIBRORVM

ΔΙΑ ΤΙ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΕΡΕΜΙΟΥ ΚΑΛΕΙΤΑΙ;

Επειδή ταύτην ἔγραψεν Ιερεμίας τοῖς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, κατὰ ἑστῶν εἰδώλων ἀσφαλιζόμενος αὐτὸς, ἵνα μὴ βλέποντες αὐτὰ, συναπαχθῶσι τοῖς σεβομένοις αὐτὰ.

ΙΕΣΕΚΙΑ ΥΙΟΣ ΒΟΥΖΙ ΙΕΡΕΩΣ.

Ὅστις ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ γέγονεν μετὰ Ιερεμίαν, καὶ τὸ πᾶν πῶ ἔπει τῆς αἰχμαλωσίας Ιωακείμ, ἤρξατο πρὸς φητεῦσαι. λόγος δὲ κυρίου ἐγένετο πρὸς αὐτὸν· καὶ χεὶρ κυρίου ἐγένετο ἐπ' αὐτὸν· καὶ ὄρασιν μὲν ἐξάρχῃς ζῶν τετραπρὸς ὄψιν φαιμασῆν, καὶ ἐκπληκτικωτάτην, καὶ δυσερμήνευτον ὄρα. πρὸς φητεῦσαι δὲ ἐπὶ τὰς πρὸς φητεῦσαι τῆς Ἰσραὴλ, καὶ πρὸς τῆς ξύλας τῆς ἀμπέλου, καὶ δὴ γήγημα πρὸς τῆς ἀετῆ. καὶ διαμαρτύρεται τῇ Ἱερουσαλήμ τὰς ἀνομίας, καὶ τὰς ἀμαρτίας αὐτῆς· πρὸς τῆς πρὸς φητεῦσαι, ἧς ἔλεγον, οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἐμαδίασαν. καὶ τοῖς υἱοῖς Ἀμμὴν, καὶ πρὸς τῆς Ουλαῖς, καὶ τῆς Ουλιῶν. καὶ ἐπὶ Σὺρ Ἰρηνον, καὶ ἐπὶ Σιδῶνα καὶ πρὸς ἡμέρας κυρίου, καὶ τὸ Φαραὼ βασιλεῖ Αἰγύπτου, καὶ Ἰρηνον ἐπὶ Φαραὼ, καὶ τὴν Αἰγύπτου, καὶ ἐπὶ ὄρος Σηὶρ, καὶ πρὸς τῶν ὀσέων τῶν ἀναλισσάντων, καὶ ἐπὶ Γῶγ, καὶ τὴν γῆν τῆς Μαγαγ· τὰς ἀρχοντας Τύρα καὶ Ἰρηνον κατ' αὐτῆ, καὶ τοῖς υἱοῖς τῆς λαῶν αὐτῆ, καὶ ἐπὶ τῆς ποιμνίας τῆς Ἰσραὴλ· καὶ τὸ τελευταῖον τὴν οἰκοδομὴν τῆς ναῦ, καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ διαγράφων πρὸς φητεῦσαι.

ΔΙΑ ΤΙ ΔΑΝΙΗΛ ΚΑΛΕΙΤΑΙ;

Επειδή καὶ αὐτὸς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ γεγονὼς, ἕως τῆς βασιλείας Κύρου τοῦ Πέρσου, τὰ μὲν κατὰ Συσάνναν κρίνει αὐτὸς, καὶ κατακρίνει τοὺς πρὸς φητεῦσαι ὡς συκοφάντας· τὰ δὲ τῶν βασιλείων ἐνύπνια αὐτὸς ἀπαγγέλλει τε, καὶ ἐρμηνεύει· βλέπει δὲ καὶ ὄρασις τελείας· πρὸς μὲν τῶν βασιλείων δύο, πρὸς δὲ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας, καὶ καταπαύσεως τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ τῆς Ἀντιχρίστου παρουσίας δύο. διηγείται δὲ πρὸς τῆς μαρτυρίας Σεδράχ, Μισάχ, Ἀβδενάγο, καὶ τῶν ὑμῶν αὐτῶν· καὶ ὅτι αὐτοὶ μὲν διεσώθησαν· οἱ δὲ ὑποκαίοντες κατεφλέχθησαν, καὶ μετέγεννα βασιλεὺς· καὶ ὅτι αὐτὸς διεβλήθη εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων· τὸ μὲν πρῶτον, ἐπεὶ δὴ τῶν Βαβυλωνίων πρὸς φητεῦσαι Δαρείω τῷ βασιλεῖ, μόνος αὐτὸς Θεὸς πρὸς φητεῦσαι· τὸ δὲ δεύτερον, δι' ὅτι τὸν Βηλ κατέσρεψεν· καὶ τὸν δράκοντα αὐτῶν καὶ ἐπὶ Κυρὸς τῆς βασιλείας, καὶ αὐτὸς μὲν διεσώθη· καὶ αὐτὸς Σὺρ τῶν λεόντων ἀνήλθεν ἐκ τῆς λάκκου. οἱ δὲ ἐπὶ φητεῦσαι αὐτὸς ἐβλήθη εἰς τὸν λάκκον, καὶ μετῴσθη κατέσραθησαν ὑπ' αὐτῶν.

CVR

APPELLATIONIBVS.

CVR EPISTOLA HIEREMIAE DICITVR?

QVia ipsam scripsit Hieremias ad captiuum populum, vt eundem aduersus Idola confirmaret: ne qui ipsa intuebantur, ad eorum cultum, cum iis, à quibus colebantur, raperentur.

EZECHIEL BVSI SACERDOTIS F.

EVit hic captiuitatis tempore post Hieremiam, annoque quinto Ioacimi captiuitatis coepit vaticinari. Factus est autem sermo, facta item Domini manus ad eum, visionemque initio quadriformis animalis vidit mirabilem, maximéque formidandam, & explicatione difficilem. Vaticinatur autem in prophetas Israél, deque ligno vitis. Addit & narrationem de Aquila, infectaturque vrbis Hierosolymorum iniquitates, & peccata. Differit item de similitudine quam vsurpabant, cum patres suos acerbis vvas comedisse, sed dentes sibi obstupuisse dicerent. Disputat etiam de Oola; deque Oliba: & adiungit fletum in Sur, in Sidonem; disputationem de die Domini, de Pharaone rege Aegypti, cum ipsius & regni lamentatione: de monte Seir; de osibus eorum, qui reuixerunt; de Gog; de terra Magog; de Tyri principe, quem cum filiis populi sui lamentatur; de pastoribus Israél. Vaticinatur denique de templi & vrbis instauratione, quam depingit.

QVARE DANIEL VOCATVR.

QVia & ipse ad Cyrum vsque Persarum regem Susannæ quidem causam, damnatis calumniæ poena senioribus, iudicauit: Regis autem somnia retulit, & interpretatus est. Vidit porro visiones eximias; De regnis quidem duas; Duas item de Saluatoris aduentu; deque Hierosolymæ requie, & Antichristi accessu. Narrat præterea martyrium Sydrach, Misac, & Abdenago, eorumque canticum: vtque seruatis ipsis, combustis autem qui ignem succendebant, regem poenituit. Narrat etiam vt est in leonum lacum coniectus, primum quidem, quòd Darium regem adorantibus Babylonis omnibus, solus ipse Deum adoraret: Deinde verò quòd Bel, & draconem sub Cyro rege sustulisset. sed est ipse incolumis de lacu extractus, in eumque deiecti, & à leonibus statim deuorati qui has illi insidias struxerant.

δ iiij

*Quæ sequuntur, habentur in optimo et vetustissimo Renati Marchali codice ante Esaiam: eaque hic addenda curavi, ut non immeritò eius me fidem secutum esse docerem.*

**Μ**ετελήφθη ὁ Ησαΐας ὑπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἀββᾶ Απολινάριου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα· μετελήφθη ὁ Ησαΐας ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν. ἀντεβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἕτερον ἑξαπλῶν, ἔχον τὴν ὁρθογραφίαν ταύτην. Διῶρθωνται ἀκριβῶς πᾶσαι αἱ ἐκδόσεις. ἀντεβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλῶν Ησαΐαν· ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἑξαπλῶν. πρὸς τούτοις, καὶ ὑπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως τοῦ ὄραματος Τύρου, ἀκριβέστερον διῶρθωται. εὐπορήσαντες γὰρ τῶν μέγχι τέλους τοῦ ὄραματος Τύρου, τόμων ἐξηγητικῶν εἰς τὸν Ησαΐαν Οριγῆους, καὶ ἀκριβῶς ἐπισήσαντες τῇ ἐννοίᾳ καθ' ἣν ἐξηγήσατο ἐκάστην λέξιν, καθ' ἣν οἶόν τε ἦν, καὶ πᾶν ἀμφίβολον κατὰ τὴν ἐκείνου ἐννοίαν διῶρθώσαμεθα. πρὸς τούτοις συνεκρίθη ἡ τῶν ἐκδομήκοντα ἐκδόσις, καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ Εὐσεβίου εἰς τὸν Ησαΐαν εἰρημύα. καὶ ἐν οἷς διεφάνον, τῆς ἐξηγήσεως τὴν ἐννοίαν ζητήσαντες, πρὸς αὐτὴν ἐδιῶρθώσαμεθα.

*Id est.*

**D**escriptus est Esaias ab exemplari patris Apolinarij cœnobiarchæ, in quo ad finem isthæc adiiciuntur. Desumptus est Esaias ab editione hexaplorum: collatus autem cum hexaplo alio, in quo ista adnotantur; Accuratè editiones omnes correctæ sunt. Collatæ enim fuèrunt cum tetraplo Esaiæ; & cum hexaplo. Adhæc, ab initio etiam, vsque ad visionem Tyri, accuratiùs emendatus est. Vñ enim sumus ad finem vsque visionis, quæ de Tyro est, tomis Origenis; in quibus Esaiam explicat: & sedulo aduertentes quo sensu singulas dictiones sumpsisset, quantum potuimus, omne dubium ex sensu ipsius correximus. Præterea collata est etiam quæ lxx. virorum est, editio, cum iis, quæ in Esaiam scripsit Eusebius; atque in quibus erat varietas, ex indagato explicationis sensu eam ipsâ quoque correximus.

*Consentit cum Eusebio hist. 6. cap. 25.*

*Deinde*

*Deinde ante Ezechielem.*

**Μ**ετελήφθη δὲ ὑπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἀββᾶ Απολινάριου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα· μετελήφθη ὑπὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις ἑξαπλῶν, καὶ διῶρθάθη ὑπὸ τῶν Οριγῆους αὐτοῦ τετραπλῶν, ἃ τινὰ καὶ αὐτοῦ χειρὶ διῶρθωτο, καὶ ἐσχολιογράφητο. ὁ Εὐσέβιος ἐγὼ σχόλια παρέθηκα. Πάμφιλος καὶ Εὐσέβιος ἐδιῶρθώσαντο.

*Id est.*

**D**esumptus est (Ezechiel) ab exemplari patris Apolinarij cœnobiarchæ, in quo adiiciuntur quæ sequuntur: Exscriptus est ab editionum hexaplis, & correctus adhibitis Origenis ipsius tetraplis; quæ etiam manu eius emendata sunt, & scholiis illustrata. Ego Eusebius scholia adieci. Pamphilus & Eusebius correxerunt.





ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΕΙΣ  
**ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΗΣΑΙΑΝ**  
 ΚΑΤΑΒΕΒΑΗΜΕΝΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ  
 ΕΞΗΓΗΣΕΩΝ

Πρόκοπος, χριστιανὸς σοφιστὸς.

**PROCOPII, SOPHISTAE**  
 CHRISTIANI, VARIARVM  
 IN ESAIAM

Prophetarum commentationum epitome:

I O. CVRTERIO interprete.



**Π**ΡΟΦΗΤΗΣ ὁ θεωρούμενος ἢ τὸ μέλλον, ἢ τὰ παρόντα λαμβάνουσα, ὡς ὁ Παῦλος φησὶ· Ἐάν δὲ θεωροῦνται, εἰσελθὼν δὲ τις ἀπίστος, ἢ ἰδιώτης, τὸ κρυπτόν τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερόν γίνεται. Καὶ Ἐλισαῖος· Οὐχὶ ἡ καρδία μὲ φησὶν, ἐπορεύετο μετὰ σου, λέγει δὲ ἀνίσταται ὁ ἀνὴρ μετὰ τῆ ἀρμάτος αὐτοῦ εἰς Συων τὴν σοί; ὅρα δὲ ὁ θεωροῦντος τὸ ἡγεμονικόν, ὡς ἐν ἰσχυροῖς ὑπάρ τυπούμενος. ἢ ὡς ἂν τις ἴδωι χρυσίδιον ἐπι πύλακος ἀγαθόν, ἢ τῆς ἐναντίας παραγμάτων. ἢ χτ' ἐκτετασιν ἀνοήτως, ὡς πτες ἐφασαν, τὸ ἀνθρώπινον ἢ κελυπιμένον ὡς τὸ πνεύματος ὁ δὲ θεῖος ἐπιδημίας ἀνάξιον, ἐκφρονα ποιεῖν καὶ μανίας ἐγγίσι τ' Θεὸν αὐτῶν. τελευτητοὶ γὰρ τὸ θεῶν οἷς ἂν ἐγγίνοται, ἀλλ' ἢ τῆς φυσικῶν ἀποφρονητικῶν λογισμῶν. ἢ δὲ γὰρ ἐνός τὸν ὀφελόντα λόγον τῶν ἄλλων, ἑαυτῶν ἀγνοεῖν, καὶ τῆς ἐκ τῆς λόγων ὀφελίας ἀπεπαισιώσασθαι. πῶς δὲ τὸ πνεῦμα τῆς σοφίας ἀγνοίαν πληροῖ; φῶς γὰρ τὸ φῶς ἢ ποιεῖ. ἢ δὲ δυναμὸν θεωρεῖται ἢ ὁρατικῶν εἰς ἐνέργειαν, ὡς καὶ τὸ θεῶν ἔν ἑαυτῶν εἰς ἐποπτεῖαν πνευματικῶν. ποτεῖς δὲ καὶ μῶτις δυνάμεις,



**P**ROPHETA est, qui res futuras, aut praesentes occultas, praedicit: ut Paulus ait; Si prophetetis, intret autem quis infidelis, aut idiota; occulta cordis ipsius manifesta fiunt. Et Elisaeus; Nonne cor meum, inquit, tecum ambulabat, quando reuersus est vir cum curru suo in occursum tibi? Videt autem propheta, principe animi parte, tanquam per somnium, reapse informata: aut tanquam qui in tabula rerum bonarum, vel malarum, picturam intuetur: non vi stupefacta intelligendi, ut quidam asserunt; quasi velo mens humana per spiritum obducatur. quod sane diuino accessu indignum est, Deum ipsum amentem, & furoris affinem facere. Solet enim quibus illabatur, naturales animi sensus non auferre, sed perficere. Neque profecto consentaneum est, rationem, quae proficit aliis, seipsam ignorare, & sermonis utilitate priuari. Quomodo vero sapientiae spiritus ignoracionem operetur? Nequaquam enim caecitatem parit lux. Immo cernendi vim ad actum prouocat; ut Deus etiam mentem sinceram ad rerum spiritualium contemplacionem. Sed solius est malae potestatis,





informat, cum eorum, qui digni sunt, mentem attingit. Paternam vero Prophetiam indicans, & patrem suum addit. Dupliciter item V I D E N D I verbu sumitur. Partim quidem, vt V I S I O N I S notetur communitio: partim autem, vt speciei statuatur differentia. Præterea sermonem facit visibilem, iuxta quod

Exod. 20.

in Exodo scribitur; Cunctus autem populus videbat voces. Cæterum, prophetarum alij quidem V I S I O N I S, alij autem Verbi vocabulum suarum vaticinationu exordiis præfixere. V I S I O N E M quidem Abdias: Verbum vero,

Cap. 1.

Osæas, Amos, Michæas, Ionas, Sophonias, Aggæus, Zacharias. Malachias autem, Assumptio verbi domini, ait. Et Naum, Assumptio Niniua. Et

Cap. 1.

Abbacum, Assumptio, quam vidit Abba- cum: vt se non à seipis vaticinandi potestatem habere docerent; idemque Assumptionis verbo, ac dei dono significari. At illud, In manu Aggæi, non diuersum habet ab Assumptione intel-

Cap. 1.

lectum. E S A I A S ergo, V I S I O N I S præfixo nomine, verba subiunxit: Amos vero, verbis præmissis, quæ vidit, intulit. At inter eos, qui tempora definiunt (sunt enim & qui neglecta eorum ratione scripserunt) alij quidem gentis, alij autem Barbarorum reges scriptioni suæ præfixerunt; ea fortasse ducti ratione, quod rebus potirentur, essetque eorum illustrius imperium. Non desunt etiam, qui patres suos addiderint; quos alij prætermiserunt. Nec est à vero forsitan quod aiunt, alienum, eos, qui celebriores essent, quo fidem magis facerent, à filijs esse nominatos; cum iis facilius credamus, quos præstantiores putamus: qui autem obscuri haberentur, silentio prætermisissos. Ferunt autem Esaiæ patrem non ex XII. Prophetis esse aliquem. Illum enim Amos tenuiter effecit, sermonemque durum significare; Esaiæ autem parentem aspirari, perfectionemque, & virtutem, & robur innuere. Idem verò ipse O Z I A S & A Z A R I A S dicebatur. Nam Paralipomenon altero,

Cap. 26. 4. Reg. 14.

O Z I A S nominatur; & Regum secundo, A Z A R I A S; cuius idem vterque patrens. Est enim mater Chana; pater vero Amasias. Sunt & regni tempora eadem, anni LII. Sub O Z I A autem, & qui Aza-

τατα δὲ θεὸς ἐνθυποῖ τῷ ἠγεμονικῷ τῷ ἀξίῳ ἀπὸ μόνου. πατρὶν δὲ τὴν πατρὸς θείαν διουκίαν, καὶ τὸν πατέρα. παρὰ τὴν διὰ τὸ εἶδεν τὸ μὲν, ἵνα δέξῃ τὸ κοινὸν τῆς ΟΡΑΣΕΩΣ τὸ δὲ, τῷ ἰδικῷ τῷ ἀγαθῷ. λόγους δὲ δέουσι ΟΡΑΤΟΥΣ, καὶ τὸ ἐν Εξῶδῳ· καὶ πᾶς ὁ λαὸς εἶρε τὴν φωνήν. τῷ δὲ ἄλλων παρρησιαῖς, οἱ μὲν ΟΡΑΣΙΝ. οἱ δὲ λόγους τῆς παρρησιαῖς παρὰ τῶν ΟΡΑΣΙΝ μὲν, Αβδὶα, Ἴναβιμ, Αββακούμ· λόγους δὲ, Οση, Αμῶς, Μιχαῖας, Ιῶνας, Σοφονίας, Αγγαῖος, Ζαχαρίας. ὁ Μαλαχίας δὲ, Ἀἴμια λόγους κυρίως φησί. καὶ ὁ Ναβιμ, Ἀἴμια Νινευί. καὶ Αββακούμ, τὸ ἄμια, ὃ εἶδεν Αββακούμ· δηλοῦντες, ὅτι ἐκ ἀφ' ἐαυτῶν ἔχουσι τῆς παρρησιαῖς τὴν δύναμιν, ὡς τὸ ἄμια ἴσον εἶναι τὸ δόμα τῷ θεῷ. τὸ δὲ, ἐν χειρὶ Αγγαῖος, ταυτὸν τὸ ἄμια διδάσκει. Ο μὲν οὖν ΗΣΑΙΑΣ παρὰ τῶν ΟΡΑΣΙΝ, τῶν λόγους ἐπέθεκεν. ὁ δὲ Αμῶς λόγους παρὰ τῶν ΟΡΑΣΙΝ, τὸ οὖν ἴδεν ἐπήγαγεν· καὶ οἱ μὲν ἁπλοῦς ἐλέγξαν, οἱ δὲ ἀπλοῦς ἐπέθεσαν. καὶ οἱ μὲν τὸν ἴσον βασιλείας παρὰ τῶν ΟΡΑΣΙΝ· οἱ δὲ τῶν βασιλέων ἴσως, ἄλλο τὸ τότε κρατεῖν ὡς ἑπισημότερος ἀρχιτείας. καὶ τῶν ἐαυτῶν πατέρων οἱ μὲν ἐπέθεσαν, οἱ δὲ παρέλιπον. καὶ τὰ φωνήν, οἱ μὲν ἐξ ἐπισημῶν πατέρων, ἄλλο τὸ ἐπισημῶν. (πιστότεροι γὰρ οἱ ἡγεμονικότεροι.) οἱ δὲ τῶν ἀσπίμων παρρησιαῖς. λέγουσι δὲ μὴ τὸ ἴνα τῷ δώδεκα τῷ ΗΣΑΙΟΥ τὸν πατέρα τυγχάνειν· εἰς εἰς γὰρ Αμῶς φίλος λέγεται, καὶ ἐρμινεύεται λόγους σκληρῶς. ὁ δὲ τὸ ΗΣΑΙΟΥ δακρυέτω, καὶ σημαίνει τελείων, καὶ δυνάμιν, καὶ ἰσχύ. Ο ΖΙΑΣ δὲ ὁ αὐτὸς καὶ Αζαρίας ἐλέγετο. ἐν μὲν γὰρ τῇ δευτέρῃ τῷ Παραλειπομένων, Ο ΖΙΑΣ εἴρηται· ἐν δὲ τῇ δευτέρῃ τῷ βασιλεῶν, Α Ζ Α Ρ Ι Α Σ, καὶ πατὸς τὸ αὐτὸ καὶ μητρὸς. οἱ μὲν γὰρ μητὴρ Χανᾶ· ὁ δὲ πατὴρ Αμασίας. καὶ λέγεται τῆς βασιλείας ὁ αὐτὸς, συνετηγόντα δύο ἔτη. ὅτι Ο Ζ Ι Ο Υ δὲ τὸ καὶ Αζα-

ἐξ ἑαυτῶν τῶν εἰς ἑαυτῶν τεύεσεν ΗΣΑΙΑΣ ὡς ἂν, Αμῶς, ἀλλ' ἐπειδὴ, Ἀρχιλόγους κυρίως παρὰ τῶν ΟΡΑΣΙΝ, μήποτε παρὰ τῶν ἑρμῶν παρρησιαῖς; καὶ ἐπειδὴ ὁ Αμῶς, παρὰ δύο ἐτῶν τῶν σεισμῶν, μήποτε παρὰ τῆς ΟΡΑΣΕΩΣ ΗΣΑΙΟΥ, ἐν ἡ φωνῇ, ἐπήγη τὸ ὑπερήφανος

rias, vaticinati sunt ESAIAS, Oseas & Amos. Annon vero quia Principium verbi Domini ad Oseam, in Osea legimus, primus & ipse vaticinari cepit? Quia deinde ante duos annos terræ motus inceperat se scribit Amos; annon & ante Esaiæ visionem, qua eleuatum superliminare dicit, prophetare aggressus videatur?



ΠΙΠΙ **A**Κυε ἔρανέ, καὶ ἐνωτίξ γῆ, ὅτι κύριος ἐλάλισεν. **A**Vdi cælum, & auribus percipe terra: quoniam Dominus locutus est.

Καταπλήθει τοὺς ἀκούοντας, ὡς καὶ τῶν ἀνομοθήτων ἀνομοθυμίαν θεῷ λόγων, οὓς αὐτοὶ λογικοὶ ὄντες ἀπόσαντο. ἴσως δὲ ἐν λόγων ἀκροατῶν ἀξιοπίστους ζητήσιν, ἡ μὲν δὲ δικαιοσύνη, ἐφ' ᾧ ἡμελλε κληρονομεῖν τοῦ λαοῦ, τοὺς ἐν ΟΥΡΑΝΩ δυνάμεις, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἡγεμονίας. καὶ τῶν ἀσπίμων πατέρων, ἴσως, ἄλλο τὸ τότε κρατεῖν ὡς ἑπισημότερος ἀρχιτείας. καὶ τῶν ἐαυτῶν πατέρων οἱ μὲν ἐπέθεσαν, οἱ δὲ παρέλιπον. καὶ τὰ φωνήν, οἱ μὲν ἐξ ἐπισημῶν πατέρων, ἄλλο τὸ ἐπισημῶν. (πιστότεροι γὰρ οἱ ἡγεμονικότεροι.) οἱ δὲ τῶν ἀσπίμων παρρησιαῖς. λέγουσι δὲ μὴ τὸ ἴνα τῷ δώδεκα τῷ ΗΣΑΙΟΥ τὸν πατέρα τυγχάνειν· εἰς εἰς γὰρ Αμῶς φίλος λέγεται, καὶ ἐρμινεύεται λόγους σκληρῶς. ὁ δὲ τὸ ΗΣΑΙΟΥ δακρυέτω, καὶ σημαίνει τελείων, καὶ δυνάμιν, καὶ ἰσχύ. Ο ΖΙΑΣ δὲ ὁ αὐτὸς καὶ Αζαρίας ἐλέγετο. ἐν μὲν γὰρ τῇ δευτέρῃ τῷ Παραλειπομένων, Ο ΖΙΑΣ εἴρηται· ἐν δὲ τῇ δευτέρῃ τῷ βασιλεῶν, Α Ζ Α Ρ Ι Α Σ, καὶ πατὸς τὸ αὐτὸ καὶ μητρὸς. οἱ μὲν γὰρ μητὴρ Χανᾶ· ὁ δὲ πατὴρ Αμασίας. καὶ λέγεται τῆς βασιλείας ὁ αὐτὸς, συνετηγόντα δύο ἔτη. ὅτι Ο Ζ Ι Ο Υ δὲ τὸ καὶ Αζα-

Perterret AUDITORES, tanquam ea, quæ sensu carent, Dei voces audiant; quas, qui ratione præditi sunt, repulerunt. Forsan autem non orationis auditores fide dignos, sed eorum iudices potius, quorum erat populum aculaturos, postulans, quæ in CÆLO, quæque in TERRA sunt, virtutes statim appellat; gentes obscurè significando, quæ à Deo in ingratum Iudæorum locum vocatæ, illorum pertinaciam condemnabunt. Vel certè, quia longis postea temporibus quæ vaticinabatur futura erant, sicutique sortitura exitum (cum eorum, qui tum audierant, nullus esset superstes futurus) diuinas virtutes, sempiternasque mundi partes, in eorum etiam, quæ postea essent euentura, testimonium vocat. Fortasse verò, tanquam Iudæorum gens Dei voce digna amplius non fit, eos, qui ex gentibus CÆLESTE aliquid saperent, & qui TERRENA audius amplecterentur, inclamat: Ideoque prioribus quidem, tanquam prudentibus, AVDIENDI verbum; alteris autem, AVRIBVS PERCIPIENDI, attribuit. Est enim AVRIBVS PERCIPERE craftius. Vel certè quoniam inter Iudæos erant sublimes aliqui, veluti prophe-

Matth. 12.





tanquam patrem honore profecuti. Ido-  
 la enim ita religiosè coluerunt, ligno vt  
 Esai. 41. dicerent; Deus meus es tu. Et lapidi;  
 1. Ioan. 3. Tu me genuisti; patrem sibi Diabolum  
 adscribentes. Qui enim facit peccatum,  
 ait, ex Diabolo est. Et sceleratos his verbis alloquitur Christus; Vos  
 Ioan. 8. ex patre vestro Diabolo estis. Hæc enim  
 prophetice Saluatorem dicere non est  
 incongruum, quem Israelis posteri non  
 admiserunt, sed cruce multarunt, cum  
 apud eos solos ex omni populorum numero  
 diuerfaretur. Ait ergo; ISRA-  
 EL ME NON COGNOVIT, ET  
 POPVLVS ME NON INTELL-  
 EXIT. Non enim certè qualis ipse  
 esset, qui se maioribus ipforum huma-  
 na forma conspicendum multifariam  
 præbuisset, INTELLERVNT.  
 Ioan. 8. Itaque ait; Abraham pater vester exul-  
 tauit, vt videret diem meum; & vi-  
 dit, & gauisus est. Et; Hierusalem,  
 Math. 23. Hierusalem, quoties ego volui congre-  
 gare filios tuos, & noluisti? De quo-  
 libet ergo homine, qui coelestem illum  
 Dei imaginem, rationisque dignita-  
 tem amiserit, Quisque, in honore cum  
 esset, comparatus & iumentis insipienti-  
 bus, & similis factus est illis, dici pu-  
 tandum est. Iudæi autem tanti hono-  
 ris, nedum folius rationis, participes ef-  
 facti, Deique POPVLVS appella-  
 ti, magis tamen, quam bruta ipsa, à ra-  
 tione alieni, ne DOMINVM qui-  
 dem suum, BOVIS in morcm (agno-  
 scit enim ipsum naturali quadam ima-  
 ginatione) vel sicut solet DOMINI  
 PRAESEPE ASINVS, COGN-  
 OVERT. Et si enim DOMINVM  
 ASINVS non agnoscit, assuetudine  
 tamen ad PRAESEPE locū fer-  
 tur; & PRAESEPE ipsum, ventre  
 magistro, nouit discernere. Itaque,  
 tanquam nihil hæc affinitatis inter se  
 habeant animalia, in Deuteronomio,  
 iunctis ASINO ET BOVE arare  
 caneri legimus: Id est, cam animi par-  
 tem, quæ labore & strenuitate gaudet,  
 cum ea, quæ voluptatibus, copulare.  
 1. Cor. 9. Non enim de bobus cura Deo est.  
 Alicubi tamen contra copulari videas.  
 Esai. 32. Scribitur enim; Beatus qui feminat  
 super omnem aquam, vbi bos & asinus  
 ambulant: Id est, qui doctrinæ verbo

ὡς πατέρες τιμίζοντες. τὸ γὰρ σέβας τοῖς  
 εἰδώλοις ἀπένειμαν, λέγοντες τὸ ξύλων·  
 Θεός μου εἶ σύ. καὶ τὸ λίθω· Σύμμε ἐγέννη-  
 σαις, τὸν ἀβελόλον ὄντι γεραμίδου πατέ-  
 ρα. Ὁ γὰρ παῖδν τὴν ἀμαρτίαν φησὶν, ὅτι  
 τὴν ἀβελόλιν γενένηται. καὶ τοῖς ποιηρευ-  
 μένοις φησὶν· Ὑμεῖς ὅτι πατὴρ ὁ ὑμῶν τὸν  
 ἀβελόλιν ἐστὶ. Ἐδοτα δὲ καὶ παροφητικῶς  
 τὸ σωτήρι λέγειν ἀρμόθει, μήτε παροδε-  
 ξαμένον, καὶ σαυρὰ τετιμωκότων αὐτὸν τῶν  
 ἐξ Ἰσραὴλ, μόνους αὐτοῖς ἐξ ἀπάντων ὄντι-  
 δημήζοντα τὸ ἔθνος. διότι φησὶν ἸΣΡΑΗΛ  
 ΜΕ ΟΥΧ ΕΓΝΩ. ΚΑΙ Ο ΛΑΟΣ  
 ΜΕ ΟΥ ΣΥΝΗΚΑΝ. ὁ γὰρ ΣΥ-  
 ΝΗΚΑΝ οἶός ἐστι αὐτὸς τὸν, ὁ καὶ τοῖς  
 πατράσιν αὐτῶν ἐν ἀνθρώπων ἰχίματι  
 ἀβελόλιν ἐγενέσθαι φησὶν·  
 Ἀβελόλιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ἐπεθύμησεν ἰδεῖν  
 τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ ἶδεν, καὶ ἐχάρη. καὶ  
 Ἰερουσαλήμ, Ἰερουσαλήμ, ποσάκις ἠθέλησα  
 ὄντι συναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, καὶ ἐκ ἠελι-  
 σαιτε; καὶ πατὴρ ὁ ἐν ἀνθρώπου, τὸ κατ-  
 εἶνα καὶ τὸ λογικὸν ἀπλοκαίματος ἀξίαν ἐ-  
 ρηται; καὶ ὅτι ἐν τῆμ ὄντι ἰσχυρὸν, παροσε-  
 βλήθη τοῖς κτήνεσιν τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ἀμοιῶ-  
 ῃ αὐτοῖς. Ἰσραὴλ δὲ, ποσάκις τῆμ ἀπο-  
 λαύσαντες, μὴ μόνον λογικοὶ γενόμενοι, ἀλλὰ  
 καὶ θεὸς τὸν ἰσχυρὸν λαὸς, ὅτι δι φησὶν ἐ-  
 λόγων κτηνῶν περιλάσιν ἀλογώτεροι, μήτε  
 καὶ BOVN, ΤΟΝ ΔΕΣΠΟΤΗΝ ΓΙ-  
 ΝΩΣ ΚΟΝΤΕΣ. φυσικὴ γὰρ τὸν φαν-  
 τασίαν ΓΙΝΩΣΚΕΙ. μήτε καὶ ΟΝΟΝ,  
 ΤΗΝ ΦΑΤΝΗΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ αὐ-  
 τῶ. ὁ γὰρ ΟΝΟΣ καὶ τὸν ΔΕΣΠΟ-  
 ΤΗΝ οὐκ οἶδεν, ἀλλ' οὐδ' εἰς τὸν τόπον τὸ  
 ΦΑΤΝΗΣ ἀπὸ ζωθίας ἐπέγειται. τὴν  
 ΦΑΤΝΗΝ γὰρ γνωρίζει ἀπὸ τὸ λαύ-  
 μαρην. διότι, ὡς ἀνοικείως ἐχόντων παρὸς  
 ἀλλήλα τῶν ζώων, ἐν Δευτερονόμῳ μὴ ἀ-  
 ποτρεῖται ἐν μόρῳ καὶ τὸ ἀνθρώπου ὡς κτε-  
 λεύεται. τὰ τετι, τὸ ἐνεργὸν τῆς ψυχῆς καὶ  
 φιλόπονον, τὸ φιλόδοξον καὶ παθητικὸν μὴ τὸ συ-  
 ζεύξῃς. Οὐ γὰρ καὶ τῶν βῶν μέλει τῶ  
 Θεῷ. ἀλλὰ καὶ δὲ πάλιν ζωθίζονται. Μα-  
 χέριος γὰρ τὸς περὶ τὸν πᾶν ὕδωρ, ὅτι βῶς  
 καὶ ὄνος πατεῖ. τὰ τετι, ὁ τὸν διδακτικὸν λόγον  
 τῶ, -τε

τό, -τε φιλόπονον τῆς ψυχῆς ἐπεγείραν, καὶ  
 τὸ φιλόδοξον αὐτῆς θεραπέυαν· τὸ γὰρ ἐ-  
 πιθυμητικὸν τὸ βάρει τῆς ἀμαρτίας πε-  
 φορτισμένον ἀποφοροῦσι ΟΝΟΝ παροσε-  
 κεν. ΕΜΕ ἐν φησιν, ΟΥΚ ΕΓΝΩ τὸν  
 ἐνεργῆτι, τὸν πάντων δημιουργόν. ὅση δὲ  
 ΒΟΙ παρὸς ΟΝΟΝ ἀποφορεῖ, ποσάκις  
 Ἰσραὴλ, ὁ Θεὸς ὄραν, ἔχει παρὸς τὸν ἀπλο-  
 ΛΑΟΝ λεηματίοντα.

in anima laboris studium excitar, & eius  
 cohibet voluptatum libidines. Pars enim  
 appetens, cum peccatorum pōdere onu-  
 sta est, vectario ASINO nō multum dif-  
 fimilis videatur. ME igitur, ait, NON  
 COGNOVIT, beneficioſū auctore, re-  
 rumq; omnium opificem. Quanta ergo  
 inter ASINVM & BOVEM differētia;  
 tanta inter Israēlem, qui Deum videt, re-  
 liquūmq; communi nomine vocatum  
 POPVLVM, diffimilitudo.

Οὐαὶ ἔθνος ἀμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἀμαρτιῶν, σπέρμα  
 πονηρῶν, ἵοι ἀνομοί. ἐγκατελίπετε τὸν κύριον, καὶ σα-  
 ρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ. \* τί ἐτι πληγῆτε παρὸς  
 ἵέντες ἀνομίαν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία  
 εἰς λύπην. ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, οὐκ ἐστὶ ἐν αὐτῷ ὀλοκλη-  
 ρία. τραῦμα, μάλωψ, πληγὴ φλεγμαίνουσα. οὐκ ἐστὶ μάλα-  
 γμα ἐπιθεῖναι, ἔτε ἔλαιον, ἔτε καταδέσμευς.

Væ gens peccatrix, popule plene peccatis, semen nequam, filij ini-  
 qui. Dereliquistis Dominum, & ad iracundiam concitastis sanctum  
 Israël. Quid ultra percutiemini addentes iniquitatem? Omne caput  
 in laborem, & omne cor in tristitiam. A pedibus vsque ad caput, non  
 est in eo sanitas. Vulnus, liuor, plaga tumens. non licet malagma im-  
 ponere, neque oleum, neque alligaturas.

ΕΘΝΟΣ ΚΑΙ ΛΑΟΣ πολλὰ καὶ συ-  
 νεγγυμένως λέγεται ὡς τὸ, ἐν πολλῷ  
 ἔθνεσσι βασιλείας, ἐν δὲ τὸ ἐκθλίβει λαὸν  
 ζωθίζοντι δυνάτε. καὶ τὸ Ἰνα πὲρ φράζαν  
 ἔθνη καὶ λαοί; καὶ δὲ ἀπὸ τῶ ΕΘΝΟΣ  
 εἶναι ἀμαρτωλὸν ἀρξάμενοι, ὄντι δὲ ὄντες  
 παρὸς κεκλιαν, γίνονται ΛΑΟΣ ΠΛΗ-  
 ΡΗΣ ΑΝΟΜΙΩΝ καὶ ἀπὸ τῶ ΣΠΕΡ-  
 ΜΑ ΠΟΝΗΡΟΝ εἶναι, καὶ τὸ γενέσθαι  
 ΥΙΟΙ ΑΝΟΜΟΙ ἢ γὰρ αὐξήσις ἀπὸ  
 ἐλαθίων ἐν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ. ἀκολούθως  
 δὲ μετὰ τὸ ΣΠΕΡΜΑ, ΥΙΟΣ, καὶ ἀνα-  
 λόγως ὄντι ψυχῆς. ΣΠΕΡΜΑ γὰρ διδα-  
 σκαλίας, ἢ τῶν μαθημάτων καταβολή.  
 ΥΙΟΣ δὲ πᾶς ὁ τὸν διδαξάμενον γενονῶς  
 ὡς πλησίον, εἴτε κατ' ἀρετῆν, εἴτε κατ'  
 κακίαν. ἀλλ' ὁ μὲν βασιλείας λεηματίει,  
 ὁ δὲ γενένης ΥΙΟΣ. Οὐδὲν δὲ τῶν  
 Ἰσραὴλ, ὡς χεῖροσι τῶν ἄλλων ἔθνων. ἐχ  
 ἰσοθεσία γὰρ τῶν ἄλλων, ὅτι ἕως δόξης, κρείτ-

GENTIS, POPVLIVM nomē cō-  
 iunctim sæpe vsurpatur. hinc illud;  
 In multa gente dignitas regis, & in pau-  
 citate populi attritio principis. Et il-  
 lud; Quare fremuerunt gentes, & po-  
 puli meditati sunt inania? At hic, ab  
 eo, quod GENS erat PECCATRIX,  
 exordium ducentes, eos in scelere pro-  
 gressus fecerunt; vt POPVLVS INI-  
 QVITATVM PLENVS euaserint:  
 quique SEMEN NEQVAM antè  
 fuerant, FILII INIQVI iam fa-  
 cti sunt. Solent enim virtutum & viti-  
 orum incrementa à minoribus incipere.  
 Congruè autem post SEMINIS ver-  
 bum, sequitur FILIVS; Idque habi-  
 ta ad animum ratione: Est enim do-  
 ctrinæ SEMEN disciplinarum funda-  
 mentum: FILIVS autem, quisquis do-  
 centi similis efficitur, siue virtutis, siue  
 peccati studio. Sed ille quidem regni;  
 hic vero gehennæ FILIVS appellatur.  
 In IVDAEOS autem, tanquam qui re-  
 liquis gentibus essent deteriores, contu-  
 B ij

meliosè inuehitur. Non enim eos ad-  
 optio, non gloriæ sublimitas, non verbe-  
 rum denique varietas, quibus in eos uti  
 solet, quos **FILIORVM** loco habet,  
 meliores reddiderunt. Quoniam verò  
 corporalem generis splendorē, tanquam  
 qui de Abrahæ femine essent, iactabant;  
**SEMEN NEQVAM, FILIOSQVE**  
**INIQVOS**, vt & principes Sodomo-  
 rum, populūque Gomorrhæ vocat, vt  
 animi **INSTITVTO** & vita, nobilita-  
 tem, & contrā, parati doceat. Hi qui-  
 dem Patriarchas, claros proculdubio ma-  
 iores habuerunt; Sed malis deinceps orti  
 patribus, non equidem natura, sed stu-  
 diorum imitatione, iniqui euaserunt.  
 Neq; verò lenis est accusatio, quod vni-  
 uersam **GENTEM PECCATRICEM**,  
 tanquā nullus in ea rectè agēdi studio te-  
 neatur, appellat. Per **POPVLVM** deinde  
**PLENV M PECCATIS**, omnia viti-  
 orū genera significauit. Quale est illud;  
 Repletos omni iniquitate. Itē; Nondum  
 adimplete sunt iniquitates Amorrhæorū.  
 Illāq; **SALVATORIS**; & vos implete  
 mensuram patrum vestrorum. Sunt por-  
 ro **SEMEN NEQVAM**, zizania ipsa,  
 quæ inimicus homo super seminauit,  
 quæq; adulta in scelestū filiū, pro cælesti  
 euaserunt. Itaq; & illū luget, his ferē ver-  
 bis; Vnde tandem excidisti? Primum igitur  
 accusationis caput est, **NEQVAM**  
**ESSE**. Alterum, & maius, **DOMINVM**  
**DESERVISSE**: quōd; est longè gra-  
 uissimū, bonum & mitè prouocasse; quo-  
 rum pro dignitate ira reconditur. Verūm  
 quemadmodum qui perfectionis studio  
 ducitur, in ea, quæ ante sunt, promouet:  
 sic qui sceleratè agit, ad id, quod à tergo  
 est, retroagitur: sicuti canitur; Qui elon-  
 gant se à te, peribunt. Tanquam deinde  
 nullam non instaurandæ sanitatis ratio-  
 nem sceleratis attulisset, **QVIDVL-  
 TRA**, inquit, **PERCVTIEMINI?**  
 Quorum enim peccata medicinam pos-  
 sunt admittere, eisdem minacibus  
 verbis castigare solitus, **Visitabo**, in-  
 quit, in virga iniquitates eorum. At  
